accipi confirmat Hilarius, post Origenem, Didymumq; potius citat Agellius, illa parabola *de vino novo non imittendo in utres veteres* a; & quia post peccatum vestes pelliceas primi parentes induti sunt *b*, quas Elias ad paradisū redieus, projecit in terram *c*. Dicunt etiam, per continentiæ studium frigere corpus, & calorem naturæ interiorjs extingui; in hoc frigore justificationum Dei immemores nos esse non posse; quisquis per vitiorum ardore utre pleno caluerit, neque per metum Dei, religionemq; frigelcat necesse esse illarum obliyiscatur: in utres novos vinū novū mittere, qui volunt utrumq; servare, & corpus, & gratiam: ea vendum, ne uter hic noster effluat, ne fit rimosus, ne terreno inveteraseat situ, ne Sole iniquitatis, & nimia vi caloris arescat: sed ferventium viscerum cupiditates diverſę nivali quodam frigore temperentur. Vocat adhuc Ambr. qui præ ceteris elegantius de ista differit similitudine, continentiæ gelu, ac jejuniorum, quo frigelcat æstus libidinis restinctuiq; matutina roratione perfectur: ficut rorem, ita super terram nostrā Dei verba descendere debere. Negat ista nive utrem bonum lædi, vel uri, vel internecari; sed refrigerari, & secundari. Observat ideo forte, quum Jesus reiurrectionis suæ demonstraret gloriam, *vestimenta ejus fuisse candida sicut nivem* d, ut non solum ipse alienus æstimaretur à contagione peccati; verūm etiam, ut quicumq; refuscitatur, congelatus conjugii cupiditatibus, resurgere frigidus videretur: *in resurrectione enim neq; nubunt, neque uxores ducunt; sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo* e. Adjicit hyemem, quam Salvator gravem prædixit fugientibus *f*, & aperitatem glacialem non sentiri à corpore mortificari, sicut glaciem non sentit uter, quia pellis est mortui, vel non frangi necessitatibus, non resistente carne menti, & non arescente, *Dominique JESU mortificationem semper in suo corpore circumferreg*. Deinde utremsalit hunc esse, qui *castigat corpus suum* h, non ut illum inerassatum, & obesum populum, qui *sedit manducare, & bibere, & resurrexerunt ludere* i, qui inebriat non vino, sed spiritu, quod est *peculum præclarum* k. Tandem peccatum compatat cum gelicidio; (hoc enim pro *pruina* legit) quia sicut gelicidium ad nullum usum utile est, ad nullam operationem, sic culpa nulli prodest usui, nulli operationi: & ideo sicut gelicidium declinanda est, ne noceat, & adurat. De novis ac veteribus utribus Grevæus uno sermone l mystice differit, & quo pacto impleantur vento, vino, lacte, addi posset oleum, Arnobius statum hominis post peccatum designari vult, quod intus vacuus sit, à foris vero contractus. Dicere posses, quia vacuus gratia maculam haberet quia contractus, rugam propter difficultatem bene agendi, maliq; fomitem: Christum *exhibere sibi* velle *Ecclesiam sine macula, & ruga* m. Turrianus noster exponit de illo, qui omni humana salute desperata, & mortis habens responsum, & mortuo similis, defectus omni calore, ac spiritu, denique velut exanimatus, resurrectionem suspiret. Talem quoque aic esse sententiam, qua dicitur, *humiliate impulverę animæ, conglutinatæ in terra venter* n, idest, perinde ac si jam rigeret, ut cadaver, quod utri simile est in pruina corrugato, & contracto. Ex his intelligimus eumdem utrem in pruina considerari, & ut rectūm & ut laxatum, & ut rejectū: eamdem, pruinā, tūm bonæ, tūm rei malæ symbolum esse, rursus per utrem seorsim denotari corpus mortale, ut est in pruina, idem quatenus continentia, & penitentia mortificatum: deniq; *pruinæ* nomine, ut quid bonum significat, ut intelligi tūm divinam gratiam, quæ de sursum est, candidam reddit animam, camdē refrigerat, ut notat Hugo: tum illas modo dictas virtutes. Et quod attinet ad continentiæ pruinam, gelu, glaciem, nivem, exemplo fuit Franciscus in nive sese volutans, ut libidinem restingueret o: Bern. eadem de causa, priusquam etiam profiteretur monasticen, in præfrigidum lacum nudus descendit, ibique tamdiu constitit, dum exsanguis, ac tantum non conglaciatus, fomitis ardorem obtunderet p. Sarthianus eremita utroque antiquior, post verbera in media te nives abjecit. Ignatius noster collo tenus immersit sese in frigidiorem lacum, ut impurum hominem à libidine revocaret *q*. Stylitæ illi, sive columnarii, diu, noctęque cœli expositi injuriis, carnem, & cutem durabunt. Consperius item calidissimo tempore in Urbe mons Esquilinus ad designandum Virgini templum, virginitatis ejusdem, atque candidissimæ innocentiæ testera erat. Huc facere præterea potest pruinæ similis manna, de quo egimus alibi, nec non ros Gedeonicus. Restē autem castitatis cultor, ipsiusque veluti rore fœcundatus, Dei se negat oblitum justificationes, sed eas memoria tenuisse, ac intelAlexisse, & verò, etiam impleviſſe, quoniā quemadmodum nullum vitium adeo adverſatur intellectui, intelligentiæque ut luxuria: sic præ ceteris virtutibus castitas plurimum conducit ad intelligendum. Detumescit quoque inflatus uter superbiæ, si pruinæ cœlesti exponatur, gratiæ divinæ: vel juxta translationem, quæ *pruina* loco *summum* ponit, si quis cogitationem suspendat ad ignis tartarei fumum, atq; pœnas inferni. Cingulum Monachorum Cassianus r exponēs mysticè, quod ex mortua constabat pelle ita ut designaret mortificationem membrorum, in quibus libidinis, æque luxuriæ seminaria continentur, aut quod id gestans Evangelicum illud mandatum ingeri sibi semper intelligere debebat, quo dicitur *s, sint lumbi vestri præcincti*, & Apostolorum *t*, *mortificate membra vestra, quæ sunt super terram fornicationem, immunditiæ, libidinem, concupiscentiam malam*: ideòq; illos tantummodo legi in Scripturis sanctis cingulo fuiſſe præcinctos, in quibus seminaria coitus iuveniuntur extincta, quique hoc eloquium opere, atque virtute decantant, *quia factus sum sicut uter in pruina*. Tūm vero rationem reddit, & quod eroia medullitus, carnę vitiorum, emortuam exterioris hominis cutem, spiritus virtute distendat. Et ideirco, inquit *in pruina* significanter adjecit, quod scilicet neq uaquam fuerint sola cordis mortificatione contenti, verum etiam exterioris hominis motus, & ipsius naturæ incentiva, continentiæ pruina extrinlecus accidente habuerint, congelata, nullum jam dumtaxat, secundūm Apostolum *u*, *regnum peccati in suo mortali corpore* sustinentes, nec gestantes *carnem spiritui repugnantem*.

Quia factus sum sicut uter in pruina.) Hieron. *& quum essem quasi uter in pruina*, Chald. *sicut uter ad fumum*. Quo etiam pacto vertunt alii ex Hebr. vel *in fumo, fumario, camino, incendio, exhalatione, vapore*. Est כיקאר *Kiskor*, ut R. Kimhi docet, quidquid ascendit instar fumi, ut vapor, exhalatio, nebula, & similia, quæ caloręsurtum attrahuntur & vim perurendi habent. A perurendo autem *pruinam* Latini derivant, quod perurat instar cinęris: cum quo etiam in a lio *ps.* y comparatur. Alibi æ vertit interpres Græcus ἀχυρῶν, *vaporem*: Latinus *fumum*, aut πρῦσμόν, & *glacies*, quam vox Græca significat. Parum differt à glacie, pruina, quæ vocatur hic Græco nomine κρύος. A priori ex hac ducitur similitudo, quam ex fumo, quoniam, ut rectē advertit Genebrardus, rugari, & contrahi solent utres lagenæve coriaceæ potius pruina, & aliis hujusmodi affectionibus aeris, dum scilicet exportantur, & importantur quam fumo: quum non sit earum usus, ut in ignem mittantur, torrcantur, ad fumum suspendantur, quemadmodum de industria haleces, carnes, succidia perna fumo durātur, eademq; opera corrugantur, & contrahuntur. Rationem similitudinis ex pruina Euthym. reddere prius dixi, ut laxior, molliorq; contractus per pruinam fiat, quo etiam aliqui referunt *fumi* similitudinem, ut calefacti utres molliantur, & extendantur, utroq; autem modo virtum corporis dissolutionem, aut animi deliciis diffluentis relaxationes insinuari volunt. Sed quod de rugis, & contractione in pruina dictum est, longe communis, & melius, & moribus congruentius, maximè de mortificatione *Qui* hanc *pruinā timet, ac refugit, irruet super eum nix* a, idest, Greg. *b* interprete, qui temporalia adversa pertimescit, districtioni te æternæ animad versationis objicit Ambr. legit, *in gelicidio*, quod est ipsum gelu, & concretio aquę cujusmodi etiā pruina. Treverus legens ex Hieron. *in fumario, utrem* sumit cum Isidoro: pro vase, in quo mulgentur pecora, quod si insectum fuerit fumo, redditur ad eum usum inutile, quoniam liquorem immissum inficiat amaritud ne. Davidem hoc exemplo affirmare, propter tædium persecutionis omnia sibi nisa amara, Isidorus in etymologiis c nō ita de utre scribit, sed mulgarium vas & mulctrum nominat, in quo mulgentur pecora, lacve, utrem derivat ab utero. Et pelle dumtaxat confectum reperio utrem, quod vasis genus mulgendo idoneum non est, ut nec *dokos*, & נבל *nod*, licèt jam extractum ex pecoribus lac in utre imitti possit.

Justificationes tuas non sum oblitus.) Hieron. *præceptua*, קיו *chukkhekha*. Accipit Turrianus τὰ δ δικαιώματα, ut sunt τὰ κρίματα δίκαια καὶ τὰ ἐπιτάγματα, *correctiones*, sive *emendationes injuriarum*, & *malefactorum*. Propheram vero affirmare se in tanta tribulatione, nec ira commotum fuisse, nec blasphemasse, nec murmurasse, sed meminisse, sibique penitus persuasisse talia se justè pati propter sua peccata. Alii considerant in præceptis vim justificandi, si observentur, & quatenus ostendunt, & continent modum, quo justificemur. Sæpius monui, multis nominibus

nibus eamdem rem appellari synonymè: præterea *non oblinisci* ligpificare non tantum conservare memoriam, verum etiam in opus deducere, ac exequi quod memoria tencas. Memoriæ officit siccitas cerebri. Negat Propheta excidisse de memoria justificationes divinas, tametsi penè totus ex aruisset, *sicut uter in pruina*, quasique siccato cerebro fuisset,

Cerebri siccitas memoriæ officit.

Intellectui, intelligentiæ quæ luxuria adversatur.

Ratio similitudinis utris in pruina.

Utris etymologia, & notio.

Institut. 1.12 Expositio mystica.

Sensus loci.

Vers. 84.) Quot sunt dies servi tui? quando facies, de persequentibus me judicium?

LOngior visa illi tribulatio, ita ut pene contabuisset, ac exaruisset, *sicut uter in pruina*, memoriaq; tamen simul præsens divinarum justificationum, ne constantiam amitteret, compellit flagitare citum auxilium, ac veluti scitando conqueri, nimis id in longum differri nimis tarde adversus persequentes ferri sententiam; nimis tero iis debitas pœnas inferri, nimis diu durare impune grassantē illorum audaciā: parum adhuc vitę videri superesse, tempus esse, ut reliquo exiguo spatio consolat Deus. Curiosa ista quæstio non est quot super sint vitæ dies, sed veluti conquestio, cum declarationc anxii desiderii, ut ipsum Deus timore liberet persecutorū, qui sunt impedimento, nec ille ut par est, colatur, & ejus dem circa te voluntas, decretumq; adimpleatur. Quærere etiam quot sint dies, idem valet, ac asserere paucos, ac breves esse, ut Græci affirmant, & qui dicitur Hieron. atq; Hilarius, & Ambr. ac si dicerctur, inquit ultimus, quāti sint dies humani? quantum tempus? quantum spatium? cur invidetur tam brevi vitæ, ne tranquillo curtu istius fœculi perfruamurēcur in brevi spatio tā n multi persequentiū nos laquei tenduntur? Sublimiore autem sensu insinuatur æternæ vitæ, cupiditas, præsentiq; tædium, quæ humano more soleant exprimi conquerendo: & quærendo quandonam tandē habiciura finem calamitosa vita sit, quando tumturus Deus de improbis vindictam; & ut lamentantes Joannes audivit *a subtus Altare*, vindicaturus sanguine n iniquè fusum quando *sub pedibus Satanam* cum satellitibus suis conculcaturus, & *contriturus* b. Potestate & istam traditam diffcipulis ajunt Hilarius & Ambrosius, quam *calcando ab iis* Christus dixit *serpentes, & scorpiones, omnemq; virtutem inimici* c, & eosdem torquendos exhibuit, sicut ipse torsit illos *d*: subjecisse animæ nostræ omnes contrarias potestates, ut fide nostra, verbo nostro, conversatione nostra, & operibus conterantur: si non conteramus adversarium, nostram culpam esse, qui non utamur potestate: calcari serpentem pedibus castitatis; conteri & scorpione n continentiæ vestigiis, verecundiæ, justitiæ gressibus, ne possit excutere. De non inquirendo vitæ termino, vel modo, egimus ad primum caput historiæ Apollolicæ *e*, ubi narratur Christus negare *nostrum esse nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*, & in ps. 38. *f* qua loco noster Propheta *notum sibi fieri finem* petit; *& numerum dierum quis esset, ut sciret quid deesset sibi*; præterea nonnihil in 89. *g* cum ibi dicuntur *dies annorū nostrorum septuaginta anni, vel octoginta*: & in 101. ubi *paucitatem dierum* orat *sibi nunciari*. Eadem fere sententia deplorantis exilium est æruminosæ præsentis vitæ, *heu h mihi, quia incolatus meus prolongatus est*: item *penetentis animæ sua, ut moriatur*, dicentisq; *tolle animam meam* i. Non exactē quando fit vita terminanda scire studet, ut dixi, sed prolixitatem tribulationis ingemit. Cur non credamus ait Augustinus in isto loco psalmi hujus esse prophetarum hoc ipsum, Apostolos fuisse quæsituros, *Domine k, si in tempore hoc restituis regnum Israel?* & Ecclesiæ vocem, quæ hic tanto ante prædicta est illorum interrogatione completam? Præterea quum præ se fert voluntatem, ut qui persequuntur ipsum, judicentur, ac puniantur, non dilata quoque in universale judicium sententia, ex eodem zelo id facit, quo prius *l* professus est, quod cum *defectio tenuit pro derelinquentibus legem Dei*, ut nempe peccare desinant isti, & eorum alii exemplo deterreantur, & honorem divinum non turbent, & cultoribus Dei impedimento non sint. Ibi pro conversione illorum orabat: hic, quia obstinati sunt, nec nocere desinunt, invocat justitiam Dei.

Quot sunt dies servi tui?) Appolui hic notam interrogationis, non tantum in fine versusita ut isto membro quærat Propheta, quamdiu in præsenti sit afflictione maturus, & auxilii expectatione, in sequenti membro interroget, quando auxilium Deus allaturus, & liberaturus de persequentibus. Important in his membris interrogationē duplicem πόσον, & מתי רמה *cōummah, mathai*. In codicibus Latinis, & Græcis interrogationem solūm habet sequens membrum; quo modo sensus est, quot sunt dies, quibus expectandum sit servo tuo, priusquam facias judicium de persecutoribus illius? Observat Ambrosius *dies* exprimi, non *annos*, ut celeritas transcurrendæ istius vitæ non annorum, sed dierum æstimatione subducatur: præterea, ut non solum moras annuas prophetica visione David transcurrerer, verùm etiam splendidum sibi vitæ hujus curriculum virtutum lumine declararet. De vitæ brevitate, ab dierum nostrorum paucitate, dictis egi locis & aliis. Quamquam non solūm *dies nostri* nominantur *m* sed & *dies annorum nostrorum* n. De titulo etiam *servi Dei*, quam sit honorificus aliàs disputatum est.

Quando facies de persequentibus me judicium?) Additur Græci ποῦ ποτε ἔσονται, *facis mihi*: & ita quoque legit Ambrosius. Perpendit autem dici, *mihi judicium de persequentibus me facies*, non *de me persequentibus judicium da*: *bis*: quoniam *non resurgunt impii in judicio*: o sensumq; esse, mihi da judicium, ut quum remunera veris innocentiam, fidem provehas, misericordiam corones; impii pœnitentes vero ad Deum conversi propheticorum judicentur. Adjicit nihilominus, peti etiam, ut in hoc ipso tempore judicium de persecutoribus fiat.

Sensus loci.

Observatio, Ambrosii de expectatione dierum non annorum.

m hic & ps. 38. 1. Job 10. 5. 20. 4. 14. 5.

n Ps. 89. 10

o Ps. 1. 5

Vers. 85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes; sed non, ut lex tua.

EXpedit fieri de persequentibus me judicium, colsque tolli de me lio, vel cohiberi; quia *quia cor rumpunt colloquiis pravis bonos mores* p, & doctrinas, actuas obtundunt meras fabulas, dum proponunt commenta portentosiarum opinionum, & sordidas, fugaces, confictas voluptates; quæ nihil habent commune, aut simile cum lege Domini immaculata & summis deliciis veris, ac sinceris referta. Tales habiti ab amicis Job ad eum in tribulatione positū sermones, ac ejusdem uxoris, ut & uxoris Tobiæ ad ipsum, re lucentes in desperationem, blasphemiamq; talia data Davidi concilia de nece inferenda Sauli, Nabal, Semei. A l hereticorum coll quia Hilarius, & Ambr. hoc referunt: Augusti. & alii ad sectas, professiones; diversas, & litteras seculares; item ad Judæorum deuteroles *q*, con tinentes, præter divinarum canonem Scripturarum, millia fabularum: postremo ad hæreticorum vanam, atq; errabundam loquacitatem. Adjice quæ ante dicebā cum Apostolo, colloquia omnia prava, quibus corrumpatur orthodoxa doctrina, & vitæ sanctitas, ac innocentia. Innuere autem forsitan voluit Propheta, qui judicii de persecutoribus faciendi meminerat, horum errorem, quo negabant cum resurrectione generale judicium. Quum Paulus de his pradicaret, irritus, est appellatus σπερμολόγος & *semini verbius* r: David hos irrisores inisiquos cognominat, fabulatores, *ad fabulas conversos* s, fabularum, venditores *ad fabulas*, & Petrus *u*, qui videtur Gentilium intelligere. Plena fabulis scripta Gentilium; Judæorum vero, quas nominari ab Augustino dixi deuteroles, ut & Hier. *x* vocat, aliiq; præterea libri Cabala, & Thalmud, & Matthanorum Alcoranus. Hæreticorum deniq; maximè antiquiorum, de quibus produnt haraseologi Augustin. *y* quidem Gnosticos ait tradere dogmata fabulosissimis plena figmentis, & de Deo, rerumque natura fabulosa, & à sanitate veritatis aliena multa attexere. Fabulones item appellat *z*, idelt, qui fabulas vanas, easdemq; longas, perplexasque contexant: & tam multis falsis dogmatibus plenos, ut ipsi quoque illa numerare non possint, aut difficillimè possint; præterea scribit *a*, multo meliores, ac utiliores Grammaticorum, & Poetarum fabulas, quam Manichæorum, denique Theodoretus quinque libri adversus hæreses titulum fecit *Hæreticarum fabularum Fabricatores sunt* hi omnes *mendacii, & cultores perversorum dogmatum* b, atq; *per dulces sermones, & benedictiones seductunt corda innocentium* c, idelt, simplicium ac rudiorum, *evacuantes in sapientia verbi Crucem Christi* d, & auditoribus *fictis in carmen musicum* e. Non equidem reprehendo morales cum apologis, æmis, epimythiis fabulas adeo commendatas in Æsopo, & laudatas à Platone *f*, & Haliarnasseo *g*, nec non à Basilio, ea orattone, qua differit de trahenda ex Gentilium libris utilitate, quod etiam fusius in mythologia demonstrat Natalis Comes *h*. Habent

Deuteroſis Judæorum quid.

p Act. 17. 18

q August. hic & 2. contr. adversus Gr. ac Prophet. c. 19

r Act. 17. 18

s 2. Tim. 4. 4. 1. Tim. 1. 4. c. 4. 7. Tit. 1. 14

u 2. Epist. 1. 16

x in Ezech. cap. 36

Hæretici fabulones, & fabricatores mendacii omnes.

y de her. in 6 & in fine.

z in fine.

a 3 Conf. c. 6

b Job. 33. 4

c Rom. 16. 18

d Cor. 1. 17

e Ecclesiast. 33. 32

f a de repub. g lib. 2. rerum antiqu. h lib. 1. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6

& similem apud nos usum sensus mystici, & parabolæ, at nihil indecori continent, sicut Gentilium fabulæ pluriмæ, ut egregiè demonstrat contra Julianum Nazianzenus *a*. Docet vero idem *b*, fabulosas narrationes excogitatas ab iis, qui de veritate parum solliciti, figmentorum venustate, quasi præstigiis auribus, atque animis offunduntiat nos, qui ipiritus finceritatem, vel usq; ad leves apicem, & lineam trahimus, numquam ne minimas quidem actiones ab iis à quibus memoriæ proditæ sunt, temere perscriptas habere, sed nobis loco esse admonitionis ac documentorum, & priora exempla pro canonibus quibusdam, & regulis. Constat etiam fabulas non paucas è veris quoque sacris historiis originem duxisse, ut tradunt præter Nazianzenum *c*, Clemens Alex. *d*, Origenes *e*, Justinus *f*, Tertull. *g*, Hieron. *h*, August. *i*, Julius Firmicus *k*, Sed vicissim retorqueres puras fabulas ad arcana nostræ religionis, nescio, an magis ferri in nostris possit, quam illud in extremis, præsertim quum nec ad opera naturæ significanda M. Varro ferret Gentilium fabulas explicari ut August. *l* refert. Qua de re bene præcipit noster Salmeron in prolegomenis *m*, & in Oratore Christiano Carolus Regius: præterea Franciscus Panigarola in suo Demetrio Phalereo *n*. Videmus Patres, vel cum prænomitione, vel cum excusatione interdum similia uturpare: & quidem, vel quando res ipsis est cum Gentilibus, quod est ad hominem agere, vel ut validius argumententur apud ipsosmet fideles, ex comparatione minorum, & majorum. Cavit S. Carolus Borromæus in Concilio primo Mediolanensi *o*, ne Concionatores ineptus, & ridiculas fabulas recenseant. Qui secus faxit, de illo pronuntiari posse dicã Homo acharis, (fortasse non tantũ absq; gratia sermonis, sed etiam amicitiæ divinæ) quasi fabula vana, & *in ore insipientis parabola assidue erit* p. *Stulti loquium* est illud, & *scurrilitas ad rem non pertinens* q. Si quis loquitur, inquit, post Christum, *Principes pastorum* r, quasi sermones Dei. Nugæ in ore sæcularis, nugæ sunt in ore Religiosi, ait Bernardus ergo multo magis in ore Concionatoris, blasphemiæ sunt. Furaci hoc est linguam, *regulamve auream* s, anathemate Jericho *f*, & periclitari sicut Achan, ut ab Origene *t*, atque Cassiano *u* est observatum. Transfert Basilius *x* hanc sententiam ad illos, qui le profitentur, non auram, & laudem captare alienam, quæ fabulatio merito vocetur (adde *fascinationem nugacitatis* y sed tolius Dei approbationem. Sanctos viros Gregorius *z* docet audire, quæ mundi sunt, grave sibi, ac deprimens pondus credere, valde insolens, atque intolerabile æstimare, quidquid illud non sonat, quod intus amant. Hoc nimirum est cunctas hujusmodi res pro fabulis habere. Sed claudatur hic locus ea cohortationem; qua Sapiens invitant ad veritatis cognitionem *a*, *appropriate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ*, extra quam fabulæ, nugæ, falsitates, mendacia, errores, hæreses, atq; juxta translationes alias nostri hujus loci, *foveæ*, quibus mortales infelices capiantur nisi legis se muniant intelligentia, sicut quondam Josaphat, circumlato per cunctas Urbes Judæ libro legis, per Levitas, & Sacerdotes jussit populum erudiri, qui ad idolatriam, & alia peccata defecerat *b*. Orandus præterea Deus ut salvos nos faciat; quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt virtutes à filiis hominum, & *vana loquitur unusquisque ad proximum suum* c, *narrant, ut abscondant laqueos, dicentes: Quis videbit eos* d? Arguendi isti, qui loquuntur nobis Azoticè, *e*. Gentilicè, hæreticè, politicè, perversè, fiagitiosè, stultè, sed si sis justus, surdo, canent, fabulamque narrabunt.

Narraverunt mihi iniqui fabulationes.) Hieron. *foderunt mihi superbi foveas*, quæ translatio est etiam Aquilæ, ὤρυξάν μοι ὑπερήφανοι βόθρους, cui similis Symmachi, ὑπερήφανοι ὤρυγμα ὑπόγαια, *suffoderunt mihi superbi subterranea*, & Vet. editionis, ἀφώρυξάν μοι ὑπερήφανοι βαραθρους, *foderunt mihi superbi foveas*: quasi malis artibus, fraudibus, calumniis agerent, & ad legem prævaricandam pertraherent, & ad colendum deos alienos, utsi significavit ipsemet David, dicens *f*: *maledicti sunt in conspectu Domini, qui ejecerunt me hodie, ut non habitem in hereditate Domini, dicentes: vade, servi diis alienis*. Richardus Cenomanus primo ait LXX. respexisse ad sensum de illis, qui fabulationibus fascinando mittant incautos in profunda præcipitia. *Foveam profundam* vocat Sapiens *g os alienæ*. Deinde de vocabulis Hebræis (omisso tertio זוּרִים *zedim*, quod antea vidimus expositum per *superbos* כָּרוּ *charu*, & שׁוּחוֹת *schichoth*, docet primum quidem teste R. Aben-Ezra significare *investigare mendacium*, alterum, si notetur punctio in sinistro cornu litteræ שׂ sumi pro *locutione*. Ubi tamen apud ipsum non bene infigitur punctum, sed præposteré, errore typographi. Notavit & Genebrardus idem de ultimo vocabulo. Quid si retenta propria vetbi כָּרוּ *charu*, idest *foderunt*, & alterius pro *foveis* exponamus, *foderunt*, seu *fodicarunt perforarunt foveis me*, aut *aures meas*; ut alio quodam pl. אניס כריתולי *eruaim charitali aures fodisti mihi*. Quamvis ibi sensus sit in meliorem partem accipiendus. Agelii conjectura non spernenda; voluisse LXX. perinde ac si esset קָרוּ *Kru*, quod sono non differt à כָּרוּ *charu*, & per cognationem duorum aliorum nominum, gratiam, & suavitatem sententiæ conciliare, ut intelligeremus foveas quasdã defossas fuisse illa iniquorum composita; neve similia cantilenis, & fabulis concinnatis, quibus à Dei lege deducere conabantur, August. legens cum vetere Psalterio, quod etiam Prosper facit, *delectationes*, testatur nomen Græcum ἀδολεσχίας, eo modo transferre voluisse Interpretes nostros cum alii verterint *fabulationes*; esse autem exercitationes, (quod nomen hic legunt Hilarius & Ambrosius) in sermone, quum quadam delectatione, sive exercitationes delectabiles verbis. De Græco illo nomine, deque verbo ἀδολεσχεῖν, mentio prius facta sæpius. Apollinarius expoluit διεφθαρμένας, ἀνιμήτων *Viri contumelioli stultitias cantabant*.

Sed non ut lex tua.) Nempe fabulationes illæ non sunt ut lex tua: nec juxta illam; longè abhorrebant ab ea Chaldaicè, *quæ non præcepisti in lege tua*. In aliis Psalt. apudq; Augustinum, Prosperum, Cassiodorum Ambrosium, additur *Domine*, nec non in textu Græco κύριε.

Vers. 86. Omnia mandata tua veritas: iniquè persecuti sunt me, adjuva me.

REvera fabulationes iniquorum non sunt ut lex tua; quia omnia mandata tua ipsamet veritas, & verissimas continent promissiones; ac proinde delectationes asserunt illa observantibus verissimas. Quare persecutores iniqui, quos antea nominavi, & de quibus popoli fieri à te judicium, perlequendo me, multa mendacia commenti sunt, eorum autem violentiæ, ac fraudulentiæ resistere nequeo, nisi tu adjuves, protegendo adversus illam, hanc vero detegendo, atq; pro me respondendo, me ipsum corroborando, & illuminando. *Fidelia omnia mandata tua, confirmata in saculum saculi, facta in veritate, & æquitate b*, reddunt ea custodienti præmium suum: nullũ sine consilio, ratione, causa, prudentia, justitia datum est: inimici mei omne jus, fasq; in me persequendi, violaverunt; tum dolo, confictoq; crimine contra me egerunt, tum gratis, nec ullo modo læsi, autprovocati me lesserunt, parum non solum officiosi, sed etiam veraces, & fidi. Dubitari non potest, quin & illud inter alia mandata verissimum sit, quod spectat ad judicium & sententiam ferendam. Differtur quidem, & longius etiam, ut sum prius veluti conquestus, quam vellem: & impii id planè nõ futurum videntur sibi persuadere. Attamen, ut cetera omnia, sic & hoc omnino verum: dum avidus expecto te judicem, vindicemq; habeam saltem interim adjutorem, ne in ipsa expectatione deficiamus, sed *te gaudenti i*, cum patientia præstoler salutare tuum. Præterea hoc fere omnia mandata tua loquuntur, ne cui fiat injuria, nec potest negari, quin verissimum id sit, & æquitati maxime congruens: igitur adjuva me affectum injuria, vindica transgredientes ista etiam in re legem tuam. Injustos demonstrant sese, & mendaces, qui me persequuntur, cum videri velint amatores veritatis, & propterea tam callide, & affabre fabula, illas suas adornent, ut me subornent & alios contra me. Novi demum præcepta tua verissima exigere patientiam, & ut eosdem æstimè persecutores meos, qui tui sunt, ac legis tuæ. Solum peto, ut meadjuves, & ut jubeas quod vis, dummodo des quod jubes. Infra K dicitur *lex Dei veritas*, *omnes viæ l principium verborum*: alibi *m* vocantur *Dominus Deus veritatis, habens veritatem in circuitu suo* n. Idem fere valet dicere, quod *omnia mandata*, vel *testimonia*, vel *judicia sunt æquitas*: o: sæpe namque *veritatis* nomine intelligitur æquitas, sive justitia. Hilarius & Ambrosius boni militis fortitudinem considerant, bella non refugientis, & conflictus; sed orantis auxilia, & depoſcentis adjumenta: non petentis, ut persecutiones quiescant, quas oportet pati, sed

Sensus loci.

Justa persecutio.

Vers. 87.) Paullo minus consummaverunt me in terra; ego autem non dereliqui mandata tua.

Sensus loci.

URget adjutorii præsentium, quia nihil propius fuerit, quam ut eum de terra iniqui fabulationibus suis perderent, de medio tollerent, de vita eriperent: quum tamen nec in periculo illo tanto, atque tantoperè provocatus, & lacessitus, omittere quidquam de divinis mandatis, aut aliquid contra ipsa committere voluerit, inducivè ad faciendum ullo modo potuerit, vel ad semetipsum vindicandum, quum sciret cautum à Deo ut *illi vindicta* seu *ultio* permitteretur *e*. Non dissimilis illa alia Prophetæ nostri sententia *f*. *Nisi quia Dominus adjuvit me*. (hic proximè ante adjuvari se petiit) *paullominus habitasset in inferno anima mea*. Mystice significatur pios hic, & in ista terra, vitaque, & in rebus terrenis damnum ab impiis pati posse, qui tandem occidendo dumtaxat cupus queant, nec amplius habeant quid faciant, animam attingerenon valentes *g*: neque cœlestia dona, cœlum. Deum ipsum eripere, vel efficere, ut sobriè, piè, justè vivendi propositum deponant, Dei mandata de corde voluntateque abjiciant, officii sui partes prætermittant: Convenit hoc martyribus potissimùm, ut Auguſt. Prospero, aliis placet; quoniam corpus consumtum est, anima detrimentum non tulit; ipsorum veluti contusa mantica, non ipsimet percussi, ut de le ipso gloriosius, quam verius Anaxarchus jactabat philolophus. Ambrosius accommodat ad eos, qui divino fulti auxilio sunt ad versus tentationes dæmonum, ac præsertim carnis, quem vocat hostem domesticum, & inimicum gravem nostri ipsius corporis, inter cujus tot adversarias passionum vices, le etiam justus tenere vix possit, quum impares simus etiam singulatum certamini. Inflammatur, ait, corpus vino, ardet libidine, decore mulieris occurrantis accenditur, spe alitur delperatione uritur, illecebris exuritur, non evaporat affectu, timore turbatur, metu frangitur, luxuria mollitur, lascivia dissolvitur, labore afficitur, solicitudine fatigatur, passione conteritur. Perpendit deinde, ac vim facit, quod hanc terram Propheta nominet, in qua Adam primus corruit; *h* Cain ruina est stratus invidiæ; *i* Noe alioqui sanctus, somno ebrietatis offendit *k*: Lot veniabilis quidem ignorantiæ, pudendæ tamen commixtionis, non evasit incestum; *l* David *pene commorsos pedes, & gressus suos paullominus* sensit *effusos m*. Non sine emphasi quoque putandus *terram* Christus appellasse quum diceret *n*; *filius hominis veniens putasne inveniet fidem in terra?* Ecclesia tamen persecutionibus non succumbet, sed perstabit invicta in fide, atque in observantia mandatorum. *Deserta esse omnis* potest *terra, sed tamen consummationem non facies Dominus o*: nec *irascetur usque ad illam p, propter pactum, quod inilt cum nostro David* Christo *q*: & Christus ipse pollicitus est manſurum se cum Ecclesia sua *usque ad consummationem saculi* * *portas inferi non prævalisuras adversus eam r*: fore ut Petri *fides* (& nimirum succedentium ipsi) *non deficeret s*. Illud item divinum responsum ad Eliam lamentantem, se solum relictum, *reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua sua ante Baal t*, ad Ecclesiam applicat Paulus *u*. Observantur hæc ab Hugone. Sed

Paullo minus.) Eodem pacto Hieronymus: quod כִּמְעַט *chimhhat*, & παραβραχύ: alibi מְעַט *mehhat* & βραχύ: rursus *x* sicut hoc loco. Idem est, quod *ferè, pene, propè*, &c. Propè usque ad finem vitæ, inquit Hilarius, injustæ persecutiones Prophetam redegerunt: penè est consummatus in terra.

Consummaverunt me in terra.) Vel habitantes in terra, seu terrigenæ, ac mortales, mihi nisi terrena meditantes, & curantes. Vel ferè prostraverunt me in terram: & in pulverem, ac in nihilum redegerunt, exterminarunt, & eraserunt de terra, ex numero terram incolentium abstulerunt, quod versu 83. dixerat *factum se sicut ut rem in pruina*. Si psalmus esset de populo captivo apud Babylonios, ut Anastasium velle sæpè dixi, congrueret ei hæc oratio. Sed Argumentum generalius est. Terram mysticè hic, paulloque ante sumi posse monui.

Ego autem non dereliqui mandata tua.) Idem valet Hieronymi versio, *ego autem non dimisi præcepta tua*. Addo tamen subinde, ut inculcem synonyma multa esse: quamvis distincta eorum notio tradi soleat, & admitti possit. *Non derelinquere mandata* verò est non peccare, nec omittendo, nec committendo; licèt omissionis peccato attribui consueverit *delicti* vocabulum quasi à derelinquendo. Incidit formula eadem jam non semel, & satis usitata est aliis in locis, ut quis nempè dicatur *derelinquere verba Dei, pactum, legem, timorem, vias rectas, judicium*; *Deum ipsum*: importat autem contemtum magnum, pluique innuit, quam præ se ferat; quemadmodum & quum dicitur *non esse bonum*, vel *utile ei, qui derelinquat Deum*: sed *malum, & amarum z*. Repeti potest hoc loco à David priot illa oratio *a*, *Justificationes tuas custodiam* (immò *custodivi, nec dereliqui*) *non me derelinquas usquequaque*: sed *& defectio tenuit me pro derelinquentibus legem tuam*: *b* tantùm abest, ut patiar eam derelinqui à me. Non derelinquit prior Deus, sed antea derelictus. *Derelinquet me populus*, ait Deus *c*, *& irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo, & iracestur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & eris in devorationem: invenient eum omnia mala, & afflictiones*, &c.

Sensus accommodatitius.

---

a *Orat.* 3 & 10 *Apolog.*

Fabulæ non paucæ ex sacris historiis originem duxerunt,

c *orat. de Basil.*

d a. *Strom.* e 9 *contr. Celsum*,

An liceat puras fabulas ad arcana religionis detorquere.

f *apolog.* 2 g *apolog.*

h *in Amos* 6.5

i *Tract. de doctr. cap.* 28

k *de error.* c. 25

l 2. *de Doct. c.* 27

m *Prolog.* 19 *cant.*

n *partic.* 90 *otat. de concionat.* 6

o *Ecclesiastic.* 20.10

p *Ecclesiast.* 20.20

q *Ephes.* n. 4

r *Petri*, ep. 3. 4

s *Josue* 7.21

t *homil.* 7

u *collat.* 2. c. 20

x *regul. fusius explic.* in 5

y *Sap.* 4. 12

z 7. *moral.*

a *Eccl.* 51. 31

b 2. *Paral.* 27.7.8.9

c *Psal.* 11.3

d *Psal.* 63.6

e 2. *Esdr.* 13. 24

f 2. *Reg.* 26. 19

g *Prov.* 22.14

Verſus 88.

---

a *Psal.* 118.8

b *Psal.* 118.87

c *Psal.* 118.53

d *Psal.* 118.139

e *Psal.* 118.158

f *Psal.* 118.136

Verſus 89.

---

a *Psal.* 32.11

b *Psal.* 118.89

c *Psal.* 88.3

d *Psal.* 118.90

e *Psal.* 88.38

f *Psal.* 118.91

g *Psal.* 103.5

h *Psal.* 118.92

i *Psal.* 118.93

k *Psal.* 118.94

l *Psal.* 118.95

m *Psal.* 118.96

n *Psal.* 118.97

Verſus 90.

---

a *Psal.* 118.90

b *Psal.* 88.3

c *Psal.* 88.38

d *Psal.* 118.91

e *Psal.* 103.5

f *Psal.* 118.92

g *Psal.* 118.93

h *Psal.* 118.94

i *Psal.* 118.95

k *Psal.* 118.96

l *Psal.* 118.97

Verſus 91.

---

a *Psal.* 88.12

b *Psal.* 118.89

c *Psal.* 118.90

d *Psal.* 88.38

e *Psal.* 118.91

f *Psal.* 103.5

g *Psal.* 118.92

h *Psal.* 118.93

i *Psal.* 118.94

k *Psal.* 118.95

l *Psal.* 118.96

m *Psal.* 118.97

Verſus 92.

---

a *Psal.* 118.92

b *Psal.* 118.93

c *Psal.* 118.94

d *Psal.* 118.95

e *Psal.* 118.96

f *Psal.* 118.97

Verſus 93.

---

a *Psal.* 118.93

b *Psal.* 118.94

c *Psal.* 118.95

d *Psal.* 118.96

e *Psal.* 118.97

Verſus 94.

---

a *Psal.* 118.94

b *Psal.* 118.95

c *Psal.* 118.96

d *Psal.* 118.97

Verſus 95.

---

a *Psal.* 118.95

b *Psal.* 118.96

c *Psal.* 118.97

Verſus 96.

---

a *Psal.* 118.96

b *Psal.* 118.97

Verſus 97.

---

a *Psal.* 118.97

*Vers.*88.) Secundùm misericordiam tuam vivifica me, & custodiam testimonia oris tui.

Sensus loci.

QUamvis gravitas mihi periculi mandatorum tuorum non abstulerit memoriam, quod gratiæ tuæ deputo: copiosius adhuc tamen ejuidem gratiæ auxilium video mihi necessarium; & ut non pro meritis meis, quę nulla, vel perexigua sunt, sed pro infitat ibi, & quam exhibere consueviſti nobis, misericordia, digneris me penè exanimem, consumptumq; redintegrare, recreare, vitæ quodammodo restituere. Sic enim memoria benè teneo mandata tua & conservo, atq; impensè veneror, ramquam à tuomet ore perfecta, in significationem, ac testimonium voluntatis tuæ quidq; à nobis exigas, quid polliceare, quid commineris, re ipsa, & factis exequar, perficiam, complebo. Vivificatio item anagogicè intelligi potest secundùm futuram beatam vitam, cujus spe ad legis incitat custodiam, & quam vitam qui vivunt, exactissimè legem custodiunt. Versu 17. similem fudit David precem, *Vivifica me, & custodiam sermones tuos.* Quotidie justum Deo vivere, peccatoque mori affirmat Ambrosius; petere per præceptorum custodiam, æternam vitam: cupere ut ex ore ipso Dei, hoc est, à Dei Filio incarnato, cujus adventus misericordia maxima est accipiat non solum ea, quæ legis erant, jamque agnoverat; sed etiam præcepta, quibus lex adimpleatur, verbi gratia, ut non solum adulterium sciat esse vitandum, sed etiam concupiscentiam adulterii declinandum *a*. Hoc ex Hilario mutuatus est, atque testimonia oris Dei eodem sensu Origenes ab Agellio citarus intellexit, de prædicatione facta ab incarnato Verbo: ad quem ipsum modum supra versu 13. docuimus exponi posse *judicio oris Dei*: licet simpliciter designet & ad litteram quæcumque præcepta, quorum Auctor Deus, tam per alios mediatè, quam immediatè per seipsum.

Secundùm misericordiam tuam vivifica me..) Idem valet infra *b*, *in misericordia tua vivifica me*: & aliàs, *vivifica me secundùm verbum tuum c*, vel *in via tua d*, vel *secundùm judicium tuum e*, vel *propter eloquium tuum f*, vel *in æquitate tua g*. Misericordiam, & gratiam denotare possunt hi omnes dicendi modi, quam verbo, ac eloquio suo promisit Deus, & cum qua, & ex æquitate judicat, & quę tritissima via ejus est. Continetur etiam misericordia Dei in ipsismet præceptis, ac justificationibus Dei, in quibus & *se vivificatum* David canit *h*. *Vivificare* est vitam tribuere, in ea conservare, ab illius incommodis, & à morte præservare, recreare, &c. sive secundùm corpus intelligamus, sive secundùm animam.

Et custodiam testimonia oris tui.] Monui aliàs, *testimonia* qur vocentur, *divina præcepta*, cur *oris Dei* dicatur, quid sit *custodire*. Non sunt eadem cum fastidio toties ingeréda

a vers. 41.

b vers. 129
c vers. 156.
d vers. 37
e vers. 149
f vers. 154
g Psal. 142. 11

h Psal. 118. 93

LAMED.

*Vers.*89.) In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo.

*Vers.*90.) In generationem, & & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

*Vers.*91.) Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi.

Sensus loci.

OCtonarius hic duodecimus videtur, ob firmitatem, ac infallibilitatem promissionum divinarum, quas lex proponit legem servantibus, ad illius observantiam vehementer adhortari. Ait autem versibus istis tribus Propheta, verbum promissionum Dei fixum; ac omnino ratum permanere in cœlo, & apud Deum: quamvis censeatur à minus res divinas intelligentibus, ac terreno judicio mentientibus, non permanere in terra, ubi legis observatores quandoque variis ærumnis premuntur. Repetit veritatem earumdem promissionum semper impleri ab initio usque ad finem, omni tempore, & in omni hominum genere, prout Deus decrevit. Probat autem duplici exemplo dictam firmitatem, stabilitatem, immobilitatem, constantiam: quia qui promisit, ille ipse est, qui terram fundavit immobilem, quæque, sicut ille voluit, perseverat semper, ac immobiliter in eodem statu, præterea, qui è contrario justit perpetuò moveri cœlum rato & stato motu, quem prælertim dignoscimus ex cursu, Aquem Sol perenniter pęragit, diem efficiendo. Quorum ratio unica, quoniam cuncta simplici voluntati Dei obsequuntur, exactissimè obediunt: Unde minimè dubitari potest, quin quæcumque idem præcipiendo, promittendo, minando sanxerit, ita ut ipse voluerit, eveniant: nec quisquam interim turbari debeat, si vicissitudines rerum non perinde judicio humano, quod à divino distat longissimè, plane satisfaciant. Mysticè *verbum permanens in æternum in cœlo*, est Dei voluntas, quæ semper ab Angelis perficitur; *veritas in generationem, & in generationem*, eadem, quæ ab omnibus hominibus in generatione non definit, aut in lege veteri, ac nova, quæ unam conficiunt Ecclesiam supra Christum fundatam, & constabilitam: ita ut non *inclinetur in sæculum sæculi*; quoniam omnia hæc ad æternum pertinent ia diem, sic ordinatione perseverant Dei, cui serviunt. Sed hoc, & similia mysteria commodius tractabuntur seorsim.

Explicatio mystica.

Lamed.) Littera ista, quam corrupte scribunt aliqui *lameth & lamech*, teste Ambrosio, significat *cor*, vel *servus*: quas notationes Augustus Camerarius immeritò tribuit, & apud Lombardum *sermo* mendosè ponitur pro *servo*, ut autem tradit Hier. *i disciplinam*, aut *cor*, & exponit eum præcedente ב *caph*, quę *manum* denotat, per *manum disciplinæ*, sive *cordis* indicari, quod nihil facere possumus, nisi prius quæ facienda sunt sciérimus. Bruno pro *serviendi* verbo, *servi* nomen usurpat: Hugo verbum *serviendi* præter nomen *cordis*, vel *cordis servitutis* quod ultimum Haimo etiam, & Ayguanus habent: Pampolitanus *cor*, vel *corde servo*. Addi posset cum Caninio, *stimulus*, aut *vegu*, cujus littera ipsa ל *lamod* similitudinem gerit, & מלמד *malmad* appellatur, quod stimulo boves arare doceantur. Sola hæc notio postrema, & alia pro *disciplina*, seu *doctrina*, vel *doce*, ut Isaac tradit, congruere videtur: nec male doctrinæ cóvenit ratio stimuli quia Sapiens *k sapientum verba similiis* facit, *stimulis & clavis in altum defixis, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore uno*. Ambrosius, quas affert significationes, fusiùs exponit, aliiq; post illum Cpræcipuè Ayguanus, & Avendanus: Consule, si libet.

Notio litteræ ל Lamed.

In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo.) Legit Hilarius, *in sæculum*. Et meminit Ambr. ac uterquitrique lectionis, contendentes meliorem esse *in sæculum*: quia a"ב, quod nomen hic extat, intra spatium definiti temporis continetur. Sæpè docui confundi ista, nec plus semper valere, *in æternum*, quam *in sæculum*; non minus hoc, quam *sæculum sæculi*. Hier. vertit *in æternum stat*. Apud Trevetum, *in sæculum, Domine verbum tuum permanet*. נצב *nitsav*. Chald. קים *Kaijam* quæ significant, *firmitatem, ac stabilitatem*. Sensus est, vel cum cœlis consistere Dei verbum, quod etiamsi *transirent* illi, *non præteribit*, ut Christus dixit *l*: vel cœlos ipsos testes esse, quod quæ semel dixerit Deus, non retractat; quoniam ex quo cœlos jussit esse, sic stant, quamvis & in aliis *præceptum, quod posuit, non præterea* mised id illustrius apparet in cœlis: vel quod ipsemet Deus cœli habitator testis est suimet verbi plane veracis, fidelis, immutabilis; quo pacto Job *n testem suum* appellabat *in cœlo & consilium suum in excelsis*. Juvat sensum de firmitate, ac immobilitate notio illa litteræ ל *lamed*, pro *stimulo*, cum sententia Ecclesiasticæ citata, quod enim stimulo, & clavo confixum est, hæret fortius, & immobilius. Augustus. mysticè Angelos per *cœlum* sumit, (eo modo, quo multi in oratione Dominica *o*, *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra*:) atque hominem, qui hic loquitur, tædere mutabilitatis hominum, ac inflammari desiderio cœlestis Jerusalem, ubi Angeli custodiunt æternam sine desertione malitiam. Idem proditur de Angelis à Chrysostomo, Theodoreto, Basilio, Cassiod. simili ratione declarat de unoquoque Sancto, qui mandatis Dei semper obedit, eumque cum illis in se inhabitantem habet. Quo autem pacto consentiat ista sententia cum alia Christi, quod *cœlum transibit cum terra*, quod paullo ante attigi, satisfacere potest nimirum licet transirent, non tamen Christi verba. Prolixius versat quæstionem istam cum Hilario, quem perpetuo assectatur in isto psalmo Ambros. Summa est, quod permanet ordo solemnis cœlestium statutorum, & beneficiorum Domini, crebræ vices solemnibus muneribus perseverant, & manet ipsa immutabilis demutatio, & conversio vertere ordinem suum nescit; una omniū obedientia discretis muneribus constitutionis tenet concordiam. Hæc ille summa elegantia transfert ad mores, docens quemadmodum exprimere in nobis debeamus & quo pacto, postquam de cœlo satanas dejectus est, non manet

Expositio mystica.

Tropologia

a Jer. 31. 10
b cap. 1. 17

c 2. ad Trajan. cap. 17.

d Tanqu. Pr. 1. tit. 8

Tropologia

e Cir. 5. contra Arian. & ora. cont. Sabellii gregal.
f in fragm. tom. 3. Bibl. Patrum.

g cont. Varimadum. h 1. de fide cap. 5

i vers. 9

k Psal. 32. 9

l Eccl. 1. 3
m Gen. 1. 22.

Sola Ecclesia veritate pio affectu possidet.

Veritatis qualitas propria immobilitas, & falsitatis è converso mutabilitas.

n cap. 11. 18

Observatio.

manet in terra verbum Dei; quia tentationes iratus exercet; denique qua ratione ipsimet in terra, cœli quidam dici, ac esse possimus, sicut diabolus in ipso cœlo terra factus est. Tandem etiam *cœli* nomine intelligi Angelos ait posse: quoniam homines, quamvis sancti sint, tamen affectus eorum semper mutatur. Immò addit esse, qui de ipsa accipiant Trinitate, quæ sola immutabilis sit; & ideo *in cœlo permanere* dicatur Verbum, i. dest, in Patre; quia verbum dixit *a*, *Ego in Patre, & Pater in me est*. Jacobus *b* etiam scripsit *apud Deum non esse transmutationem, nec vicissitudinis obumbrationem*. Fulgentium *c* exponit Verbum æternum. licèt caro factum sit, nunquam discessisse de cœlo. Consentit Euthy. *d*, probans hinc, quod non enunciatur vocalibus instrumentis hoc Verbum. Non répeto alibi dicta tùm de cœlorum corruptibilitate, quam Hila. & Ambr. videntur hic tenere, vel incorruptibilitate; tùm an impropriè dicto cœlo, præsertim Empyreo, Angeli creati sint; tùm quomodo Angelis, & animabus justis conveniāt *cœlorum*, atq; qualitates. Omitto aliam tropologiam Hugonis, in qua personis divinis applicat nonnihil violente quæ dicuntur in his tribus versibus; secundæ nomen *Verbi*; primæ vocem *generationis*; tertiæ *ordinationis*. Nihil ominus, quod attinet ad Verbum profecunda persona, Ambr. post Hilarium, sic hunc locum intellexit, monens id ipsum aliis videri, ex quibus Athanasium *e* ipse deprehendi, argumentantem quoq; quoniam Verbum humanum nec vivit, nec subsistit; sed vivi dumtaxat, & subsistentis pectoris motus est; ræpe vocatum non permanet, Simili utitur argumentatione Nyssenus *f*, ulurpans eumdem locum, dicensq; quod Verbum divinum vocalibus instrumentis non enunciatur, nec in aera diffunditur. Probat hinc etiam Idaciusg æternitatem verbi Dei, five Filii, Rursum Ambr. *h*, quod maneat, ait ratiocinans ex his versibus nec subsistantia, nec æternitate deficit. Arnobius denique hoc loco inducit orantem Prophetam, ut non moretur Pater mittere Verbum suum promissum, quod quum venerit super terram, de cœlo numquam abiceder.

Tropologia

In generationem, & generationem veritas tua.) Alii, *in generationes*, priore loco, quidam utroq; nonnulli *in sæculum sæculi*, ut Ambr. Cassiod. Arnobius Romanum Psalterium. In Psalterio Ambrosiano, *in generatione, & progenie*. Lectio nostra congruit cum Græca εἰς γενεὰν, καὶ γενεὰν & cum Hebræa לדר לדר *leder lador*, supplendum autem verbum, *permanet*: Hier. *in generatione, & generatione sides tua* אמונתך *emunatheka fidelitas, veracitas, constantia in promissis*. Tale illud in psalmo 116. *i veritas Domini manet in æternum*. Ad litteram intelligit per omnes sibi succedentes generationes perseverare divinum decretū; quia *omnia opera Dei in fide* k, & quod Deo volente *generatio præterit, & generatio advenit* l *crescunt* creatæ res, & *multiplicantur* m. Interpretantur Chrysost. Theodoretus, Basilius, mysticè de veritate salutari quam per Christum populus Judæus, ac deinde Gentilis est adeptus quam etiam generationem duplicem Latini multi hic accipiunt, sive de synagoga, & Ecclesia, de veteri, ac nova lege: & id sibi quoq; Prophetam nostrum voluisse, dicentem *n*: *in generationem & generationem annunciabo veritatem tuam*. Nunc cum generatio Judæorum indigna exitit, in qua veritas Dei esset, hanc eamdem Dei veritatem, præter eam, quæ Evangeliis creditur, non habet, inquit Hilarius, alia ulla generatio. Ambros. addit, quod omnium Hæreticorum generationes non tenent veritatem, sola Ecclesia veritatem pio affectu possidet. Propria veritatis qualitas esse immobilem, seu immutabilem viceq; versa falsitati, mendacioq; convenit levitas, inconstantia, mutabilitas. Unde quod in Proverbiis *o* legimus; *impius facit opus instabile* Græcè ἔργα ἄδικα Hebr. dicitur פעלת שקר *pehulath seeker, opus mendacii*, & quod ibidem sequitur, *seminanti autem justitiam, merces fidelis*, in Hebræo textu dicitur שכר אמת *secher emeth merces veritatis*; ut *pro merceda veritas ipsa*. Cupiam forsitan magis placeat, quam mihi; quod observavit in commentario istius psalmi Avendanus, litteras nominis אמת *emeth*, quod significatur *veritas*, esse in fundamento quadratas, & amplas: illas, quibus nomen *mendacii* שקר *seeker*, absque fundamento: ac debiles.

Fundasti terram & permanet.) In Ambrosiano Psalterio additur, *in æternum*, Hieron. & *stat*; apud Hilarium, & *permanebit*; est futuri quoq; temporis תעמוד *thahhamod* sed conjunctio cum puncto *patach* ו *va* præfixa verbo mutat significationem futuri in præteritum; præsentio autem Hebræi utuntur pro præsenti: vel per futurum significant id quod erit, esse solet, ac proinde etiam est. Toti huic sententiæ affinis illa; *generatio* p *præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat*, in ejus loci Commentario declaravimus, quæ huc pertinere possunt, & qua ratione faciat locus ille atq; similes ad immobilitatem terræ, quam nonnulli haud-valdè probi hac inte Philosophi, ac mathematici negare non dubitaverunt. Hilarius indicari vult *fundandi* verbo terram fluidæ aquarum naturæ superjectam, & constanti substractam, ac innantem elemento, Dei sapientia, virtute, Spiritu sic fundatam, ut permaneat. De hoc egimus In ps. 23. q ubi dicitur *Orbis terrarum super maria fundavit, & super flumina præparavit*: cui simile est in 135. *r qui firmavit terram super aquas*; quod alibi *f* canitur, *super stabilitatem suam; & super nihilum* s. Arnobius latentem ratiocinationem hic agnoscit, veluti conquerentis apud Deum, quod propter quem terra fundata est, & quod habetur sequenti versu, *dies factis* non permaneat, nec perseveret: causam verò esse, quod non serviat Deo, sicut illa, & cetera, quæ permanent atque perseverant in præcepto, quod semel acceperunt: Ceteri ferè Enarratores explicant de fundata super Christum immobiliter Ecclesia. Ambros. etiam de anima, benè fundata radice virtutum, bonosque germinante fructus, & de carne nullis cupiditatibus mobili ad prolapsionem: hanc terram circuiri à Sole justitiæ salutari, qui oritur justis & tranquillitati piæ mentis, *occidit* injustis, & *iracundia* u. Hilarius adhuc explicat de corpore nostro, cui cœlestis gloria præparatur, nimirum in resurrectione. His, ac pluribus aliis modis terram accipi mysticè docui aliàs.

p Eccl. 1. 4 Locus, ravens limmo. bilitatis terræ.

q vers. 2.

r vers. 6.
s Psal. 103. 5
t Job 26. 8

u Eph. 4. 23

Ordinatione tua perseverat dies.) Hier. *judicio tuo stat usque hodie*, id est, ut explicat Trevetus, in perpetuitate sua stant terra, veritas, verbum tuum in cœlo, non per virtutem suam, sed per judicium tuum. Alii, *ad judicia tua præstant usque ad hanc diem*: hoc est imperio, ac verbo tuo, juxta ordinationem, & dispositionem tuam, eo modo, quo decrevisti. Vel ad judicia tua, seu decreta implenda stant, quæ prius dicta sunt, quia, ut habetur sequenti membro, omnia, non tantum illa, serviunt tibi, ut servi obtequi solent heris suis, vel judiciis tuis stant hodie, nempe omnia tempora, quæ censeri possunt dies unus, ut executioni non dentur judicia tua. *In verbis sanctis*, ait scribens de cœlis sapiens x, *stabunt & judicium, & non deficient in vigiliis suis*. Hebræa sunt hæc ad verbum למשפטיך עמדו היום *lemisphatheka hhamadu haijom*; ubi numeri pluralis sunt *judicia*, & verbum *stabunt*: exponiq; adhuc posset sic, *judiciis tuis stant hodie*, ita ut si velis, ac ita judices, desinere statim possunt. Cyrillus Alexandrinus y agens de ærra, citat hæc verba ita, ut significari dicat quod ordinatione Dei permaneat. Nomē משפט *mispat* significat *judicium, normam, mensuram dispositionem modum, ordinem, morem, administrationem, præceptum*, & alia, quæ proposito congruere valent. In Romano Psalterio, & apud Haimonem. Remigium, Bedam, pluraliter *ordinatione tua perseverant dies*: in Ambrosiano singulariter, sed cum alio verbo *permanet*: apud Ambr. *dispositione tua permanet dies*. Numerus singularis retinendus est, quamvis collectivè sumi *dies* possit pro multis, & ita rectè junctum intelligi Hebræum verbū in numero multitudinis: quum etiam fluentibus diebus per singulos hodie cognominatur, ut scribit Apostolus z. Cassiod. attendit in una die illam eximiam diem æternam, quę non habet noctem, *sed erit Dominus lumen æternum* a, cuique *dies nota Domino* b. Hugo *diem* vult esse, quam *fecisse* dicitur *Dominus* c, ut comprehendit opus universum redemtionis: tùm quemliber sanctum, tùm gloriam æternam. Alii per *dies* plures interpretantur, sensu quoq; mystico, sapientiores, ac illustriores de Ecclesia *d*, vel Angelos, qui perseveraverunt in veritate, juxta ordinationem divinæ voluntatis, quam secutisunt *e*: vel quotquot pertinent etiam ex hominibus ad lucem fidei *f*. Idem Hugo jam inde ab exordio istius octonarij tropologiam texit, ut verbum Trinitatis; tota *maneat in æternum*, quantum ad se spectat, in cœlo animæ sanctæ; in hac generatio vera duplex sit, cognitionis, & amoris; eademq; detur per humilitatem, & fidem; quæ fides etiam lux est cum superordinata charitate. Sensuum horum mysticorum de *die* duces sunt antiquiores Patres Hilarius, Ambros. Auguſt. dumque dies est, ac lucem habemus, qui est Christus ipse, ejusdemque gratia, nobis *ambulandum* g *alacriter*, & *honestè* h, cum vel sola illius præviſione dici, qui est remissionis peccatorum, Abraham *sit gravius* i, sic *dies* desi-

x Eccl. 43. 12

y in Zachar. l. 6. n. 32

z Hebr. 3. 13

a Esa. 60. 19
b Zach. 14. 7

c ps. 117. 24 Explicatio mystica.
d Haimo.

e Beda.

f idem. Tropologia

g Joan. 9. 12
h Rom. 13. 13
i Joan. 12. 35

desígnat Christum in singulorem, aut etiam quemvis justum, Ecclesiam totam, gloriam æternam. De *die* pro statu justitiæ perseverante ex ordinatione Dei, sive de perseverantiedono, disserit Gregyus hoc loco *a*, facta tropologica comparatione inter diem, noctemq; Christum nasci voluisse, quando crescere incipiunt dies, quasi diceret ad hoc venisse se, ut justitiæ in nobis cresceret dies. Porro Athanasius *b* refellit gentiles hoc testimonio, ut confirmet divinam potentiam, providentiamque, Utitur eodé Hier. *c* adversus deliramenta, ut ipse vocat, quorumdam, qui putabant temporum momenta mutaris: docetq; quod Christus dixit *breviandos dies d*, illo modo accipi non debere, sed juxta temporum qualitatem, ideſt, abbreviatos non mensura, sed numero; ut quomodo in alio psalmo *e* dicitur, *longitudine dierum replebo eum*, sic ubi apud Matthæum *abbreviandi dies* intelligentur, ne temporum mora fides concutiatur credentium. Ambros. hinc probat judicii diem Christo notum esse, sic interpretans diem, qui ordinatione Dei permaneat. Obiervat vero in tempore præsenti locutum Prophetam, quia Prophetis etiam futura præsto sunt in spiritu (quod in Commentario quoque repetit) & significare voluisse, quod cognitionem illius dici DEI Filius habeat, tamquam à le factæ, & quod ejuldem dispositione, quæ ventura sunt gubernentur, tantum abeſt, ut non noverit.

Quoniam omnia serviunt tibi.) Omiſſa lectione in textu Lombardi, quæ omittit, *quoniam*, ſic etiam Hieron. legit præter quam apud Trevetum, qui recitat *quia omnes servi tui*, notans masculinè hoc dici, quod ſecundùm proprietatem idiomatis Hebraici neutraliter debet intelligi. Nonnen cum affixo עבריך *hbauadeka* ſignificat *servi tui*; & ita vertunt alii, *quia omnia sunt servi tui*: *Omnia* intelligit, de quibus loquebatur, ut ait Auguſt. *omnia quæcumque Dominus fecit, facitque in cœlo & in terra f*. Nihil poteſt reſiſtere voluntati Dei, nimirum beneplaciti, & abſolutæ omnip. creaturæ ideſt obedientalis potentia, ut Rickellus ſcholaſticè loquitur, qua tuo Creatori in omnibus paret, tam ad agendum, quam ad patiendum, & recipiendum. Reſiſtit homo pro arbitrio, quod ei DEUS dedit, ac permiſit, voluntati divinæ, quæ dicitur ſigni, qua prohibet, ac percipit nonnullas (ed malæ ipſæ voluntates, tùm humanę, tùm diabolicæ ſerviunt Deo, ita ut nihil non prævisum, non permiſſum, non ordinatum ab eodem ad bonum finem quem voluit, & deſtinavit, contingat. Poſt judicium, ac in æterna illa die erunt omnia Deo perfectè ſubjecta, & ſervientia, *eritque* ille *omnia in omnibus g*; nunc pleriq; *ſervi ſunt peccati h*; tunc non habebit DEUS cum aliis conſortium dominatus; Chryſ. *i* offendens Paulum appellare ſe *ſervum Jeſu Chriſti* titulo creationis, ob fidem, & vitam, moreique primum confirmat illo teſtimonio. Concedit Ambroſ. *k* Chriſtum Deo ſerviviſſe ſecundùm carnem, ſive ſecundùm humanitatem, non autem ſecundùm divinitatem, ſicut nec Spiritum ſanctum. Facilis inductio per omnes Creaturas, quo pacto ſerviant Deo, & Chriſto. Chriſto ſervierunt Angeli conceptione *l*, nativitate *m*, admonitione, Joſeph *n* miniſtratione poſt jejunium *o*, conſortatione in horto *p*: Cœli miſta ſtella, quæ Magos, dirigeret *q*; quum ſunt viſi aperti quando baptizatus eſt *r*, quando defecit Sol *ſ*: Mare piſces exhibens piſcantibus *t*, & cum piſce ſtaterem *u*; ambulantem ſuſtinens, tùm illum, tùm Petrum *x*, cujus maris etiam furorem compreſſit *y*: Terra contremiſcens *z*, & mortua corpora reddens: Infernus animas remittens, & ſuſcitatorum, & aliorum juſtorum: Dæmones coacti exire de obſeſſis, nec niſi permiſſi abeuntes in porcos *a*, Plantæ illico arefactæ ipſo maledicente *b*. In vetere teſtamento reluctante conditione naturali obedivit ignis Deo in fornace Babylonis *c*, leones in lacu *d*, mare rubrũ *e*, & Jordanis *f*, terra dehiſcens *g*, & alia. Denique *præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutiſque ejus, neque unum reliquum fuit h*, ideſt nihil defuit creatis à Deo, nihil fuit, in quo non obtemperarent ipſi. Degenerat à reliqua natura tota Deo exactè ſerviente, illa quam præ aliis maximè oportet ei ſervire, qua proprior eidem eſt, ac ſimilior. Et ſiquidem experiri liberet eam vult, quin experimentum capit in rebus dumtaxat bonis? ſic ſimilior eſſet Deo, qui nihil, niſi bonum poteſt velle, quemadmodum ipſo fruentis voluntatem non propter naturæ propriæ conditionem, ſed ob divinitatis majorem participationem impoſſibile eſt tendere in malum. Solus ſapiens, ac ſtudioſus, liber cenſentius; turpiſſimam ſervit ſervitutem, quiſquis libertatis abutitur dominio ad omnem Dominum lædendum, cujus declinare dominium nequit, quamlibet prævaricando reluctetur. Multo magis vere proprièque eorum Dominus dicitur Deus, à quibus cognoſcitur, & quæ ipſi propriè dictam exhibere obedientiam rationalis obſequii poſſunt. Iſto modo negat Salomon *i* formicam habere *ducem, præceptorem, principem*, Græcè μητε ηγουμενον, μητε αναγωγεα τινα, μητε δεσποτην, *neque agricolam, neque cogentem, neque dominum*. Hebraicè אין קציין ממשל *en Katsim soter moscel*, non *principem* ſeu *donum, exactorem*, ſeu *præfectum, ducem*, ſeu *dominatorem*.

a Ger. 183
b Ora. contr. Gent.
c in Matt. c. 24
d Matt. 28. 2.
e Pſ. 90. ult.
f Pſal. 134. 6
Omni creaturæ ineſt obedientialis potẽtia.
g 1. Cor. 15. 28
h Joan. 8. 34
3 Rec. 1. in ep. ad Rom.
k de Spiritu S. cap. 1.
l Luc. 1. 26. & ſeqq.
Omnes creaturæ Deo ſervire inductione oſtenditur.
m cap. 2. 9. & ſeqq.
n 1. Matt. 1. 20. & 2. 12. 13
o cap. 4. 11
p Luc. 22. 43
q Matt. 2. 2
r cap 3. 3
ſ cap. 27. 45.
t Luc. 5. 4. & ſeqq. Joan. 21. 6
u Mat. 17. 26
x 14. 25. 29
y 28. 26. & 14. 32
z cap. 27. 51
a c. 8. 31. 32
b cap. 21. 19
c Dan. 3. 49
50
d c. 6. 16. 23. 22. c. 14. 30. 39
e Exo 14. 22
f Joſ. 3. 15. 16
g Num. 16. 32. 33. 34
h Eſa. 40. 26

Verſ. 92.) Niſi quod lex tua meditatio mea eſt tunc forte periiſſem in humilitate mea.

Sensus loci.

PLanè expedit, & verò neceſſaria legis tuæ cognitio, atq; cuſtodia mihi eſt, per quam ſerviam & obediam tibi, ſicut omnia faciunt, & niſi facerent, penitus eſſe deſinerent; immò nec niſi te volente, & eſſe & deſinere poſſunt. Hoc intereſt, quòd immortalis rationalis creatura ſubtrahens ſe ab obedientia tua per abuſum libertatis, quam permiſiſti ei, capax eſt ſalva ſubſtantia tua, ſummi cujuſdam mali, hoc eſt, inimicitiæ tuæ, atq; damnationis æternæ. In interitum iſtum, Domine, lapſus fortaſſis eſſem, quando permanebant me tentationes, ac tribulationes, niſi redegiſſem in memoriam, quam lex tua exigit à nobis obedientiam, & in obediendo patientiam. Quem admodum præcepto, ut ante dixi, tuo efficaci, ex eo quod non eſt prodiit id quod eſt, ſic idemmet à me cogitatam, ac ſpem ingenerans auxilii tui, non ſinit quamlibet afflictatum interire. Ergo quando in afflictionis tempore ſumus, & quatimur adverſis, ait Ambroſ. meditatio nobis in lege ſit, ne imperatos procella tentationis affligat. Jubet vero ut oleo lectionis ſacræ ungamus noſtræ mentis lacertos: ut ſit nobis tota die, ac nocte exercitii uſus in quadam cœleſtium ſcripturarum palæſtra, attuſque animorum noſtrorum ſalubris ſpiritualium ferculorum eſca confirmet. Ex eodem Patre colligere poſſumus, Deo non ſervituros, niſi qui *redegerit in ſervitutem corpus ſuum, & id caſtigando*, adverſarias aereas poteſtates verbera verit *k*, ſicq; dominatus inimicis fuerit. Meditationem præterea ſumere videtur pro pugillari & gymnaſtico exercitamento ante certamen, ut ſimus certamini ſemper parati. Profert Job in exemplum, qui quum tanta ſimul coacervata eſſent, ut in illa afflictione periret, Patriarcharum moribus informatus, oraculorumq; cœleſtium, & naturalis legis inſtitutione firmatus, perire non potuit. Addit, imitatus Hilarium, præcientem ſententiam gratè uſurpari ab eo, qui in martyrio plurima flagella ſuſtinuit, equuleum, ungulas, plumbum, laminas ardentes, gladium: & potuiſſet perire, niſi meditatus in lege, graviora præſentibus futura ſupplicia crediditſet. Exemplum Joſeph Patriarchę, quod ſubjicit, facit ad quemvis juſtum, variis ad peccandum tentationibus inductum. Ad idem valet, quod refert ex aliorum ſententia, Prophetæ cuidam, quem Etaiam aſſerant, quum in carcere eſſet, mole preſſo dixiſſe diabolum, Dic quia non à Domino loquutus es, quæ dixiſti, & omnium in te mentes, affectuſq; mutabo, ut qui indignantur injuriam, abſolutionem conferant: Prophetam gratius judicaviſſe pro veritate ſupplicium, quam pro adulatione beneficium: quod utiq; non feciſſet, niſi meditatione legis ſuiſſet exercitatus. Utilitatem eamdem in exemplis in Scriptura contentis, Greg. *l* tradit. Ruſticos etiam ſcribit Hier. carnis vitia non amaturum, ſi ſtudium amet lacrarum Scripturarum. Armabat item Judas ſuos *alloquens de lege & Prophetis, ſermonibus optimis, & exhortationibus, non elypei, & haſta munitione m*. Petrus *n* præcipiebat, ut Chriſto in carne paſſo, eodem cogitatione armaremur. Verè *beatus* quiſquis *in lege Dei* ut initio Pſalterii poſitum eſt, *meditabitur*, qua meditatione, inquit Hilarius in ipſa quoq; tribulationum humiliatione ſervabitur. Inter ea porrò, quæ utiliter meditanda ſunt, numerari debent perpetuę illæ res antea commemoratæ, ex quarũ conſideratione, & comparatione mortalitatis, abjectæq; conditionis ſuæ homo poſt peccatum deſperaret, niſi ſimul adhiberet cogitationem de divina providentia, deque propoſito æterno præmio in lege divina ſeſe oblectanti, eamque cuſtodienti. Ratiocinatur ad hunc modum Cajetanus, & quos ex ipſius familia eum ſequi ſolere deprehendi, Placidus Parmenſis, atque Alphonſus Avendanus. Athanaſius tractatum de lectione

a verſ. 47. 48
b Pſal. 93. 17
c Pſ. 118. 175
d verſ. 109
e 2. de penit. cap. 5.
f Act. 12. 23
g Reſponſ. ex Lectionis 2. ſer. 5. infra hebd. 1. Quadrageſ.
m verſus 16
n verſ. 33

Actione pſalmorum claudit iſtius ſententiæ verbis perſuadens pſalmorum ſedulam meditationem.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt.) Hier. *delectatio mea* שעשעי *ſciaibhaſciubhai*, de quo nomine pluries jam actũ eſt, ſicut, & de verbo שעשע *ſciaibhaſciabh*: pro quibus erant *meditatio & meditari*, μελετη, και μελετᾶν: *delectationem*, ſive *delicias* ſignificat quoque Chaldæum פרנוקי *pirnukai*. Clarior eſſet, nec adeò impedita oratio, ablata dictione *quod*, & ἀπλῶς, hoc modo, *niſi lex tua meditatio mea fuiſſet*. Quamvis, ut nunc extat in tempore præſenti, ſignificatur hanc meditationem in uſu ipſi fuiſſe atque adhuc eſſe, & ea ſe delectari: quemadmodum quibus delectamur, ea libenter animo verſare, ac meditari conſuevimus: præterea ſi ſub actionem cadunt, eadem agere. Omnia hæc aliis verſibus antea *a* declarata ſunt, & expreſſa ubi ſunt eadem verba, quæ in iſto, aut ἀδολεσχειν, & שוח *ſiuach*, *& meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi: & levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebor in juſtificationibus tuis*. Quod alio pſalmo *b* dicitur, *niſi quia Dominus adjuvit me*, &c. latis aptè concinit propoſito: *lex* namq; *adjuvare* dicitur, ſeu *judicia Dei* et quum etiam *tribulatio, & angustia invenissent*, Prophetam noſtrum, adhibuiſſe ſe *meditationem mandatorum* teſtatur *d*.

Ex, quibus delectamur animo libenter verſamus.

Memoria legis divinæ magni refert.

Tunc forè periiſſem in humilitate mea.) Hier. *forte periiſſem in preſſura mea*. Sed apud Trevetum in editione ejuſdem præponitur *tunc*, Hebraicè eſt ſolum אז ac quod ſignificat *tunc*, aut *pridem*, ſeu *jam diu lapſum tempus*. Græcè poſt τότε idem ſignificans, eſt ἄν quod verti poſſet *utique*, per modum aſſertionis abſque dubitatione. Nec dubitationem valet ſemper particula *forte*, ut Ambroſ. *e* alibi docet multis exemplis Scripturæ, nec non duobus ex Homero, utente voce τάχα, quum non ambigeret. Diſſerit præſertim de verbis illis Petri *f*, *Si forè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui*: de quibus, deque formula iſta generali conſule Commentarium noſtrum. Sine dubio qui *legis meditatione* abjicit, *perit in humilitate ſua*, pro qua rectè tranſtulit Hieron. *preſſuram* alii *afflictionem*, *dejectionem*, aut quid ſimile. Unde Apollinarius

Sensus accommodatitius

αι μὴ νομοὶ θεσμοὶ σὸν μελέτημα μενεμνε
τῆ κεν ἀπωθοῦσ' ἀμὸν κραδίῃ κῆρ' ἀπτυσθαι πόρπαι.
Si non mihi tua lex erat cogitatio animæ,
Etiam tunc extabuiſſem miſerabili, & inaudita ſorte.

Videtur & Ambroſ. hoc loco expoſuiſſe aſſeveranter per *alioquin*: Monet autem *humilitatem* hìc non eſſe virtutis ſed afflictionis, non voluntariam, ſed ex neceſſitate ſuſceptam, quando aliqua afflictione tentamur. Alioquin nemo petit, inquit, in humilitate, quæ magis ſervare conſuevit. Notatum id ſæpius eſt: hocque loco eſt Hebræum nomen שני *bhoni*, quod pro humiliatis virtute non ſumitur. Habet hæc ſententia ſimilitudinem illa, quam uſurpat Eccleſia, *Tribulatio*, *& angustia invenerunt me g, niſi ſcirem miſericordias tuas Domine.*

b Euſeb. de diſſ. c. 15
c Epiſt. 252
Juſto voluntatem perpetuam eſſe rectè pendi juſtitiam hinc elicitur.
d Phil. 2. 13
e Matt. 5. 6
f pſ. 118. 112
g pſ. 118. 122

Verſ. 93.) In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas, quia in ipſis vivificaſti me.

Sensus loci.

QUia bonum tantum legis tuæ meditatio, & quam in ea cepi, delectatio, attulit mihi in humilitate, id. eſt, in tribulatione mea, ita ut ab interitu me liberaverit, recrearit etiam, & veluti revocarit ad vitam: planè conſtituto apud me, nullo umquam tempore illam, ſingulaſque juſtificationes, ſive mandata oblivíſci: ſed ſemper infixas memoriæ retinere, habere jugiter in ore, opere exercere inde vivere. Etenim omnis, qui *ea fecerit, vivet in ipſis*: h *ſpiritus, & vita ſunt i*, atque *verba vitæ k*: ut vitam gratiæ conſerant, vel augeant, ac demum vitam gloriæ ſempiternam. Lex vetus ipſa per ſe non juſtificabat *l*, quantum ad cultum, & Sacramenta, niſi externa quadam juſtitia, quæ ſpecies erat, & imago, non veritas ut ait Ambroſius. Sed non puto Prophetam velle dumtaxat ſignificare ſe non obliturum talis juſtificationis, tamquam pedagogi, & veteris diſciplinæ, quum videret, ſeu animo proſpiceret fulgorem Evangelii Hilar. quem tantum non tranſcribit Ambroſ. ſibi tradit. Sed ſentio de operibus virtutum, cum fide per eas, maxime per charitatem operante, loqui, gratiam ad hoc Deo communicante in quolibet ſtatu, ac lege, propter merita Chriſti. Jam prius promiſerat in iſto pſalmo *m* ſe *non obliturum ſermones Dei*: ſed *exquiſiturum ſemper n*, ſignificaverat

h Lev. 18. 5. Galat 3. 12
i Joan. 6. 63
k verſ. 68.
Lex vetus non juſtificabat.
l Hebr. 10. 1. & ſeqq.
m Matth. ult. 9. 10. 11.
n 1. epiſt. 4. 11.

Aconcupiviſſe animam ſuam deſiderare juſtificationes in omni tempore o: dixerat *ſe judicia non eſſe oblitum p*: Poſtremo in ſingulis ferè verſibus id ipſum variis modis inculcaverat. Ibi videtur contineri ſententia præſentis verſus, quum canit quod *memoria verbi divini conſolata eſt eum in humilitate ſua, quia eloquium ipſius vivificavit eum q*: item quod *memor judiciorum Dei à ſæculo, conſolatus eſt r*: præterea quod *quum funer peccatorum hominum circumplecterentur eum, legem non eſt oblitus ſ*: tot quod *ſicut uter in pruina, juſtificationes non eſt oblitus t*. Polliceatur perpetuam memoriam conceſſæ vitæ ſpiritualis, quam perpetuandam ſperat, & hìc per gratiam, & poſtea, quum hinc abierit, tùm per eamdem, tùm per gloriam, quæ eſt gratia conſummata. Quanti referat perennis memoriæ divinæ legis, dixi non ſemel, & de hac graviſſimè præcipit Deus *u*, & Salomon *x*, hucque feſta, & ritus ferè omnes veteris legis, ac etiam noſtræ referuntur, tum vero panes illi propoſitionis, ut & in commemorationem inſtituta Euchariſtia. Per *juſtificationes* porro poſſumus intelligere non tantum præcepta divina, verùm etiam plurimos, & admirabiles modos, quibus utitur Deus in hominibus juſtificandis, & quos, maximè illos, qui nos ipſos attingunt, grata ſemper memoria retinere, ac uſurpare deberemus. Hoc ſe Auguſt. *y* feciſſe præ te tulit, ſic alloquentem Deum. (Quando autem ſufficio calami lingua enunciare omnia hortamenta tua, & omnes terrores tuos, & conſolationes, & gubernationes, quibus me perduxiſti prædicare verbum tuum, & ſacramentum tuum diſpenſare populo tuo, &c.) Accommodari poteſt ad eos ſententia, qui peculiari aliquo beneficio affecti, ſuo te velle factori obedire profitentur, ejuſque implete præcepta. Sic Thomas *z* Aquinas induxit curatum paralyticum à Chriſto reſpondentem, cur Sabbato grabbatum ferret, qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, *tolle grabbatum tuum & ambula a*: & ideo mandatis ejus, qui eſt tantæ virtutis, & qui mihi tale beneficiũ contulit, merito teneor obedire. Tum recitat hunc ipſum noſtrum locum. Polycarpus perſuaderi non potuit blaſphemare, quia tot, quibus vixerat annis, malo nullo ſe contrà autem affectus beneficiis fuerat, & ſalutem conſecutus *b*. Bernardus *c* hinc elicit juxto perpetuam voluntatem eſſe juſtitiam retinendi, & exercendi, veramque in eo virtutem finem nelcire, tempore non claudi *d*; numquam *arbitrari ſe comprehendiſſe d*, nec dicere ſatis eſt *ſemper eſurire, ſitireque juſtitiam e* ita ut ſi ſemper viveret ſemper quantum in ſe eſt, juſtior eſſe contenderet, ſemper de bona in melius proficere totis viribus conaretur, non enim ad annum, vel ad tempus inſtar mercenarii, ſed in æternum divino ſe mancipare ſamulatui, *inclinare cor ſuum ad faciendas juſtificationes in æternum ſi* proinde *juſtitiam ejus manere* non aliquanto tempore: ſed *in ſæculum ſæculi g*; ſempiternam ejus eſuriem, ſempiternam mereri retectionem: judicari *expleſſe tempora multa*, quamvis *conſummẽtur in brevib*, pro virtutis perpetuitate ſicut inflexibilis, obſtinatæ mentis punitur æternaliter malum, licèt temporaliter perpetratum, quia quod breve fuit tempore, vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate: ita ut ſi numquam moreretur, numquam velle peccare deſineret, immo ſemper vivere vellet, ut ſemper peccare poſſet; ſic juſtum merito multorum, immo omnium temporum recipere vicem, qui nullo tempore voluerit mutare intentionem. Egimus eadem de re in comentario Sapientiæ *i*.

o verſ. 20
p verſ. 80
q verſ. 49. 50
r verſ. 52
ſ verſ. 61
t verſ. 83
Memoria legis divinæ magni refert.
u Deut. 6. 6. 7. 8. 9
x Prov. 3. 3
y 11. Confeſ. cap. 2
z in Joan. 5. lect. 2
a Joan. 5. 8

In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas.) Hier. *in ſempiternum non obliviſcar præceptorum tuorum*, apud Trevetum, *in ſæculum non obliviſcar mandatorum tuorum*, Idem valent omnia. Sed monendus lector de ſynonymis, & de varietate translatione quoque Hieronymianæ. Hilarius legis, *in ſæculum*: Tot modis, & aliis præterea redduntur לעולם *lebholam* & לעד *laâd* & poſſunt etiam ſignificare ſpatium vitæ noſtræ, ut ex Rabinis demonſtrat Galatinus *k*: tùm de hoc loco ex R. Kimhi, noſque alibi notavimus: & docet Salmeron noſter *l* hoc ipſo etiam exemplo. Ut non ſit perpetuum illud à Hieronymo traditum diſcrimen de עלם *bholam* abique ו *cholem* ו *denotare* jubilæum, cum illo æternitatem propriè ſumtam.

k lib. 12. c. 5. 1 tom. 1. prælegom. 14. pag. 454

Quia in ipſis vivificaſti me.) Hieronymus, *per ipſa*, Hanc vim habet quandoque præpoſitio, *in*, ב *be*. *Vivificare* autem eſt vitam tribuere gratiæ, conſervare, augere: & ſpem æternæ tribuere; animum etiam recreare, velutique reſtituere.

Vers.94.) Tuus suum ego, salvum me fac, quoniam justificationes tuas exquisivi.

Sensus loci.

QUia vivificasti me, & mea pendet à te vita, nec nisi tua voluntate consistit, ideoque totus tuus sum, nec alterius Domini esse velle debeo, aut ut dominetur alius extra te, pati, hanc oro ut voluntatem tuearis, sine qua salvari nequeo, hanc mihi salutem peto, ut concedas, & perseverantię maximum donum; quoniam justificationes tuas, per quas me vivificas, & salvas, vehementer concupisco, & diligenter earum intelligentiam, atque custodiendi rationem investigo. Argumentum servitutis meæ ac tui dominatus, quem exerceas liberè in me, hoc sit quod omnia tua jussa fideliter capesso, studio summo, cura, diligentia, tanquam ad curam meam pertinentia, inquiro, & implere, connitor. Omnia tua sunt, *terra plenitudoque ejus*, & *cœli a*, ac *serviunt omnia tibi b*: ego magis proprie, quia id ignosco, & volo, & quod vis aliud alienum dominum reputo, nulloq; modo servum me peccati esse permitto. Creatione, redemtione, gratia, gloriæ promissione sum totus tuus, nec *dubites Dominis servio c*, nec ut est in parœmia (quam Bernardus *d* etiam usurpat) (de una filia duos generos facio.) Facilis vox, ait Ambrosius, & communis videtur: sed paucorum est: satis enim rarus est, qui potest dicere Deo, *tuus sum*. Ille enim dicit, *qui adhæret Deo* totis *sensibus e*, qui illud cogitare non novit. Ille hac voce utitur, qui potest dicere Domino *f*: *offende nobis Barem, & sufficit nobis*. Negat hac voce uti avidum pecuniæ, honoris, potestatis, denig; sæcularem, quum tot habeat dominos, quot vitia; ita ut quem tot competunt, vile sit mancipium: Contristatum ait illum, qui *vendere omnia dareque pauperibus* admonitus *g*, recusavit, quasi pluris esset quod relinquere juberetur, quam quod eligere. Apostolorum hanc vocem esse, qui reliquerunt omnia: præter Judam, qui corde non dixit: & de quo *in eum Satanas introiens h* dixit: non est tuus *Jesus*, sed meus est, ea quæ mea sunt, cogitat, quę mea sunt in pectore suo voluit; addit verba Christi, *non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine*, &c. & sic non quicumq; dicit, *tuus sum*, Dei esse: sed si vocem non redarguat conscientia, si sermonem animus, ut opera non refutent. Vix mihi tempero, quin totum transcribam Ambrosii commentarium, tam est elegans, tam pius, tam item modestus. Scribit enim de seipso, si quis mutabilis est, ut ego, qui aut meo re mutor, aut indignatio ne, non est Christi: ego nunc Dei mei sum, nunc tristitiæ, nunc iracundię, nunc verbi otiosi. Quæso eorum attentè perlegas, una item Hilarium, quem ille mirificè in hujus psalmi commentario adamavit, & expressit. Sed quod Judam negat corde dixisse Deum tuum, ambigi potest: forsitan enim aliquando dixit, & verè justus fuit. Ante istos Origenes *i*, qui peccator est & immundus, multorum affirmat esse, & à multis Dæmonibus possideri: qui sanctus est, totius Dei esse illum, qui in Evangelium curatus est, *interrogatum quod nomen si esset respondisse legionem, quia multi erant* k. Deus ipse cum quadam voluptate justo dicit, *meus l es tu, quia in te gloriabor*. Vicissim justus respondet: *Domini ego sum: & scribit manu sua Domino m*: & iterum Deus ait *n*: *vocaberis, voluntas. mea in te*. *Præberi sibi vos* Deus vult *o*, & *animamp*: respicit non tam ad munera, quam ad nos *q*, religiosa non curat, nec quidem nos ipsos, nisi propter gloriam quidem suam, nostram vero utilitatem. Populum Romanum Q. Fabius Maximus reipondit legatis cujusdam Provinciæ, non aurum, sed auri possessoris sub suo velle dominio esse, *sive peccemus sive non peccemus, Dei sumus r*, velimus, nolimus; sed interest ex voluntate, & ex virtute dominio se Dei subjicere: totumq; juris, ac potestatis ipsius esse. Id cuilibet justo: sed potissimum ei, qui abnegavit semet ipsum, convenit. Acta ut à Deo, propter Deum, qui Dei vices gerat, vivat arbitrio, legi, usui, ut commodè latis sustendit Jacobus Alvarez noster *s*, hoc ipso personæ loco: & rem ipsam, alter de nostris collatione facta sæcularis cum religioso demonstrat Hier. Platus *t*. Malo meo, meus esse volo, quories DEO non obedio, vel hominibus, cui debeo, Dei vicem gerenti obedientiam. Meus volens esse, perditum me faciosalvari nequeo, nisi obediendo, atq; divinas justificationes, ut illas impleam, exquirendo: ac tuipsius ad ipsum voluntate quærendo: *Domine quid me vis facere?* Verba fuerunt hæc Sauli conversi, cujus exemplum optimè tractat ac proponit nobis idem Ambrosius. Non bene mihi, explanans versum 125. Accessit, ait Prosper sectator Augustini, quando voluit esse liber meus; non servus tuus. Horreo, inquit Bernardus *u*, quidquid de meo est, ut sim meus: denique præstare scribit Dionysius *y* Dei esse, quam juris nostri. Nihil hoc tempore teritur magis omnium sermone sese officiose consultantium, quam *tuus sum ego*, sed quod Ambros. de Deo scribens dicebat, facilis hæc vox, & communis: paucorum est, ac satis ratus est, qui dicere ex animo verè, ac sincerè soleat. Non omnibus, quod ad idem propositum de Deo dixerat Hilarius, vox professionis istius competit, rarus quisque qui se alterius esse audeat, vel cum veritate possit dicere. Applicat cum acumine Hugo quæstionem illam à Davide cuidam factam, *cujus es tu, vel unde, & quo pergis z*: videri autem hic quasi eadem quærat Deus, respondet: *tuus sum ego, salvum me fac*, idest, tum de terra salvandorum, & civis cœlestis Jerusalem, quoniam *justificationes exquisivi*, idest hac illuc via pergo, tendoque. Subdit extare non paucos, qui haud ita respondeant sed quo modo interrogatus ille respondit Davidi: *Ægyptius a ego sum*, nempe mundanus *b servus viri Amalecita*, diaboli scilicet sanguinem nostrum lingentis: *erupimus ad australem plagam, & ad meridiem*: nimirum ad prosperitatem mundanam. *Comparatus homo jumento b*, sub alterius dominio factus est, quam DEI, sed legitimus idem Dominus Deus jussit: *solvi ac dici, quia Dominus opus habet illo c*. Totum quod es, ait Bernardus dilli debes, à quo totum habes, & sicut bene obsequentes famuli, inquit Gregorius *e*, dominorum suorum vultibus semper intenti sunt, ut ea, quæ præceperint festinè audiant, & implere contendant (juxta illud *sicut oculi servorum*, &c.) sic justorum mentis per intentionem suam omniporenti Deo assistunt.

Tuus sum ego.] Verti quoque potest ex Hebræo *tibi ego* לך אני *lecha ani*, quemadmodum in Canticorum canticog, *ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*, & *ego illi: ego dilecto meo, & ad me conversio ejus*. Quæ formulæ non tam dominium, & subjectionem denotant, quam intimam conjunctionem.

Salvum me fac.) Hier. *salva me*, tamquam rem tuam: sub salute autem comprehenduntur bona omnia.

Quoniam justificationes tuas exquisivi.) Hier. *quoniam præceptatuas quæsivi*. Nec propria per se vis est in *justificationum* nomine, nec in *exquirendi* verbo: quod læpe monere debeo. Ratio autem optima ad persuadendum & quod sis alterius, & quod ille consulere idcirco tibi debeat, quoniam studes ejus imperiis, voluntatique satisfacere. Nihil aliorum quæsivisse se ait, ut exponit Ambrosius, sed id solum, quod Dei est, desiderasse, non monilia pretiosa, sed corta justitiæ, non *domum ad domum, villam ad villam jungere h*, sed omne patrimonium in justificationibus, & spiritale argentum, portionem, & *partem hæreditatis in Deo i*. In textu Prosperi additum reperio, *Domine*.

Vers.95.) Me expectaverunt peccatores ut perderent me, testimonia tua intellexi.

Sensus loci.

NEcessaria salus mihi, & ad exquirendum justificationes tuas auxilium gratiæ perneccessarium, ut ut quod facio, & facere volo, ac debeo, perficiam, atq; testimonia seu præcepta tua probe intelligam, & præoculis semper habeam: quoniam improbi persecutores mei ipe magna erecti me perdendi, super hac re inierunt consilia omnemque opportunitatem captaverunt, ut à religione, fide, lege, quibus possint modis deductum, trahant in interitum. Oderunt amorem, quo persequor te, studiumque placendi tibi, ferre non possunt; non alia illis, quod equidem sciam, causa, quæ provocari à me id faciant. Ego nihilominus non desistam; sed vim præceptorum tuorum magis, ac magis percipere contendam ut ergo illa magis afficiar, & quod velle te intellexero, repugnantibus licet omnibus, ac frementibus, efficiam. Martyrio vocem istam convenire posse Ambrosius affirmat (si vet autem nomen μαρτύρων, pro quo est Latinum *testimonia*, ut etiam Augustinus, & alii observant) in quo positus sanctus jam de judicio egressus eam usurpet, hoc est, adhibuerunt omnia genera pœnarum, omnes artes pertinaciorum, sed de proposito abducere nequiverunt. Inducit præterea insultantem persecutoribus victis martyrem, sibique metipsi de triumpho, & gloria gratulantem. Ad hæc ait, vidisse hic deducentium cohors, Angelorum gaudia; qui quum super unius peccatoris conversione lætentur *k*, multo magis in passione justorum lætari par est, credere: expectantes item vidisse justos alios, jam nempe vita functos, ut etiam deduceranti Franciscus pronuntiato psalmo *l*, cujus extrema sunt verba, *me expectant justi, donec retribuas mihi*: ad eorum evolavit cœtum *c*, vidisse Dominum *sesum* expectantem ut coronaret. Juxta sensum porro illum generaliorem antea traditum, & ab eodem Ambrosio receptum, de illis qui peccata persuadere conati sunt, deque obsistendi tentantibus remedio, ut Dei testimonia, quæ tentatus intelligeret sensu, etiam operibus sequeretur, applicari locum istum Agneti notat Hugo ad infamem locum perductæ. De Magdalena quoq; sicut de illa, recitat idem Ecclesia in introitu Missæ, quia desiit peccatrix esse, quod vocabulum de turpibus peccatis absolutè intelligi solet. Expectant nos dæmones motus carnales, mali homines, ut perdant: Angeli, beatæ animæ, Deus, & Christus, justi homines ut juvent, & ad gloriam perducant expectamus & nos auxilium gratiæ, immutationem nostram, beatam spem, adventum Christi.

Me expectaverunt peccatores, ut perderent me.) Hier. *impii*, idest, alieni à Dei cultu, inquit Trevetus. Nomen רשעים *reciahhim* (sumitur pro quibuslvis peccatoribus: quamvis Latinum nomen in scripturis, ut & *peccandi* verbum, ad peccata turpia applicentur: & nunc ferè vulgaribus aliis linguis. Quod LXX. vertunt ἀνομίαν, Symmachus, ac Theodotio transferunt πορνείαν, quæ verba significatione nea differunt. Videntur autem in peccatoribus (pem innuere perniciem inferendi, ut Græci hoc loco monent: *omnes certè, qui sperat, expectat*, & eodem verbo Hispani utuntur, quo se significent expectare, nimirum: *sperar*. In *expectandi* verbo Cassiod. indicari vult blanditias malorum suiaorum, quia si pœna fuisset præcipitata, dictum fuisset, inquit, *acceleraverunt*: graviorem vero esse istam persecutionem, quæ & coronam martyrii suspendit, & mortem animæ suadere non desinit. Idem asseri potest de proscriptionibus, carceribus, spoliationibus faculeatum, infamatis nominibus, quę lenta, & longa martyria sunt: hodie autem ya lde in Anglia & ditione Britanni Regis usitata: tametsi nec violentæ quandoq, mo tes Catholicis desinit. In Pauli Eremitæ vita Hier. narrat voti Christianis fuisse pro Christi nomine gladio percuti; verum hostem callidum tarda ad mortem supplicia conquirendo, animas cupivisse jugulare, non corpora; & ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait, volentibus mori, non esse permissum occidi. Duo subjicit exempla, nelle perunci, & sub ardentissimo Sole, ligatis manibus post tergum resupinati, scilicet, ut muscularum acuelei cederet, qui oculeos, laminas, sarcines ante superasset: Præterea resupinati super extructum plumis lectum, nexibusq; irretiti, quem meretrix complecteretur, manibusq; attrectaret ejus virilia, ut corpore in libidinem concitato, se victrix impudica superjaceret, & quem tormenta non vicerant, superaret voluptas, nisi cœlitus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis faciem expueret, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo comprimeret. Magna provisione, curaque vitanda malorum societas est.

Testimonia tua intellexi.) Corrupte, *dilexi*, habet Hilarii textus, in quibusdam codicibus ejus: in commentario namq; explicat, *intellexi*, Hier. *testimonium tuum considerabo*, legit enim עירת *bhedath* in regimine, numero singulari pro עדרת *bhedoth*. Aliud verbum אתבונן *ethhonen* non intellectum nudum importat, sed quem etiam facta testentur, sicut ibi, *beatus* d, *qui intelligis super egenum*, ut annotant Ambros. Cassiod. alii. *Est enim intellectus bonus faciensibus e*. Si ita perdere homines sciunt, ut ex malis, & imprudentibus probos prudenteq; faciant, permitta. mus utiq; ait Plato *f*, ut sic adolescentulum perdant; modo sapientem efficiant, immò nos ipsos illis ita curandos tradamus. Optimus magister lex, ejusq; practica intelligentia, & usus. *Adolescentulus, & contemtus* David numquam obliviscebatur hujusce magistri, & *judiciorum Dei g*. Numam quoq; ferunt, quum sacra peragenti nuntiatum esset hostes adesse, perstantem in officio, & attendentem respondisse; ast ego sacrificio *h*. Quo eodem in genere exempla possunt proferri Pausanias *i* Hamiliar *k*, M. Horatius *l*, C. Fabius *m* Dorsuo. Sic justus à peccatoribus expectatus, expetitusq; ad perditionem, tùm maximè destinetur meditandis, ac perficiendis Dei justificationibus, atq; suimet ipsius immolando sacrificio, certis quod *laudans*; hæc modo *Deum, & invocans, ab inimicis salvus*

Aerit n. Testimoniorum præterea memoria, & intelligentia, ut Græcè martyria hic dicuntur, confert plurimum, sive illa sumamus, quæ passus est Christus pro nobis, qua nos Petrus *o* armat cogitatione; sive quę pro Christo tam multi proponentes sibi præmium æternum, & exemplum illud Christi. Sed cave in *intelligendi* verbo momentum colloces, quasi sit, ut ait Hugo, intus legere. Non sunt in reseria usurpandæ tam parùm solidæ notationes, quibus etiam nulla ratione respondent Hebræa, Græcaque vocabula, ex quibus Latina sunt derivata.

Vers.96.) Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Sensus loci.

SImul cum intelligentia testimoniorum tuorum, quæ mihi plurimum profuit adversus peccatores perditionem meam expectantes, & machinantes, contulit etiã non mediocriter considerare, *intrando* veluti *in sanctuarium, & intelligendo in novissimis p*, quis tandem foret exitus, & quo evasuræ res omnes essent, addictæ consummationi, atq; corruptioni, mandatum autem tuum, & lex cujus charitatis mandatum summa quædam est, ac *finis q*, *operiens peccata r*, & *numquam excidens s*, faciens ut nulla odientis me persecutione vel à tuo, vel ab illius quoque amore retrahat, quam late pateat utiq; ad dilectionem ipsorum inimicorum, quantopere soleat cor dilatare, exhilarare, confirmare. Cognovi quis malorum, & bonorum post vitæ consummationem, finis esset; intellexi vero esignificatione nea differunt. Videntur autem in peccatoribus (pem innuere perniciem inferendi, ut Græci hoc loco monent: *omnes certè, qui sperat, expectat*, & eodem verbo Hispani utuntur, quo se significent expectare, nimirum: *sperar*. In *expectandi* verbo Cassiod. indicari vult blanditias malorum suiaorum, quia si pœna fuisset præcipitata, dictum fuisset, inquit, *acceleraverunt*: graviorem vero esse istam persecutionem, quæ & coronam martyrii suspendit, & mortem animæ suadere non desinit. Idem asseri potest de proscriptionibus, carceribus, spoliationibus faculeatum, infamatis nominibus, quę lenta, & longa martyria sunt: hodie autem ya lde in Anglia & ditione Britanni Regis usitata: tametsi nec violentæ quandoq, mo tes Catholicis desinit. In Pauli Eremitæ vita Hier. narrat voti Christianis fuisse pro Christi nomine gladio percuti; verum hostem callidum tarda ad mortem supplicia conquirendo, animas cupivisse jugulare, non corpora; & ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait, volentibus mori, non esse permissum occidi. Duo subjicit exempla, nelle perunci, & sub ardentissimo Sole, ligatis manibus post tergum resupinati, scilicet, ut muscularum acuelei cederet, qui oculeos, laminas, sarcines ante superasset: Præterea resupinati super extructum plumis lectum, nexibusq; irretiti, quem meretrix complecteretur, manibusq; attrectaret ejus virilia, ut corpore in libidinem concitato, se victrix impudica superjaceret, & quem tormenta non vicerant, superaret voluptas, nisi cœlitus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis faciem expueret, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo comprimeret. Magna provisione, curaque vitanda malorum societas est.

Testimonia tua intellexi.) Corrupte, *dilexi*, habet Hilarii textus, in quibusdam codicibus ejus: in commentario namq; explicat, *intellexi*, Hier. *testimonium tuum considerabo*, legit enim עירת *bhedath* in regimine, numero singulari pro עדרת *bhedoth*. Aliud verbum אתבונן *ethhonen* non intellectum nudum importat, sed quem etiam facta testentur, sicut ibi, *beatus* d, *qui intelligis super egenum*, ut annotant Ambros. Cassiod. alii. *Est enim intellectus bonus faciensibus e*. Si ita perdere homines sciunt, ut ex malis, & imprudentibus probos prudenteq; faciant, permitta. mus utiq; ait Plato *f*, ut sic adolescentulum perdant; modo sapientem efficiant, immò nos ipsos illis ita curandos tradamus. Optimus magister lex, ejusq; practica intelligentia, & usus. *Adolescentulus, & contemtus* David numquam obliviscebatur hujusce magistri, & *judiciorum Dei g*. Numam quoq; ferunt, quum sacra peragenti nuntiatum esset hostes adesse, perstantem in officio, & attendentem respondisse; ast ego sacrificio *h*. Quo eodem in genere exempla possunt proferri Pausanias *i* Hamiliar *k*, M. Horatius *l*, C. Fabius *m* Dorsuo. Sic justus à peccatoribus expectatus, expetitusq; ad perditionem, tùm maximè destinetur meditandis, ac perficiendis Dei justificationibus, atq; suimet ipsius immolando sacrificio, certis quod *laudans*; hæc modo *Deum, & invocans, ab inimicis salvus*

a *Psal.* 23 1. *Psal.* 88. 12.
b *Psal.* 118. 91
c *Matt.* 6. 24
d *Serm. de quod. debit.*
Satus rarus qui possit Deo dicere, *tuus sum*.
e 1 *Cor.* 6. 17
f 1 *Sa* 14. 8
Tot habet quis dominos quot vitia.
g *Matt.* 19. 22
h *Joan.* 13. 2. 27
i *homil.* 5 in *Levit.*
Peccator multorum est, sanctus solius Dei: k *Marci* 5. 9
l *Isa* 49. 3
m *cap* 44. 5
n *cap* 62. 3
o *Pro.* 23. 26.
Deus nos propter gloriam suam & nostram utilitatem respicit.
p *Gen* 19. 21
q *cap* 4. 4
r *Sap.* 15. 2
Obedientia necessitas & fructus.
s *Rom.* 1. de *Christ.* 2. *p.* 2. 1. 3
t 1. *de bono stat. Relig. c.* 8. & 9
u *Matt.* 9. 8
a *Psal.* 67. 14
b *Gen.* 32. 5
c *Matt.* 21. 3
d *Ser. de quadrag. dom.* c 16. *mor.* 21. c. 16
e *Psal.* 122. 2
f *Isa.* 43. 8
g *Luc.* 15. 10
h *Psal.* 141. 8
i *Esa.* 5. 8
k *Psal.* 118. 94
l *Matt.* 25. 21.
m *Esa.* 44. 5
n *Jer.* 3. 19
o *Psal.* 40. 2
p *Psal.* 110. 10
q *in Eutych. denuo ante med.*
Lex optimus magister.
r *Psal.* 118. 142
s *Hist. in Num.* 1 *dem in Aristide.*
t *Hortat. l.* 7. 1 *Liv. lib.* 2. *Sabellic. lib.* 7. *Enead.* 2. *Liv. l.* 5. *Valer. lib.* 1. c. 1. *Sabell. l.* 1 *Enead.* 9
a *Psal.* 17. 4
o 1. *epist.* 4. 5 *Ministr.*
p *Psal.* 72. 17
q 1. *Tim.* 1. 5. *Rom.* 13. 9
r 1. *Petr.* 4. 8.
Prov. 10. 12
s 1. *Cor.* 13. 8
Martyrii finis gloriosus.
t *Jacobi* 1. 4
u *Joan.* 15. 13
x *Eph.* 3. 15
y *ibid.* v. 18
z *Deut.* 6. 5
a *Eccl.* 43. 29
b *Joan.* 19. 30
c *Dan.* 9. 24
d *Esa.* 56. 4
e *Psal.* 7. 10
f *Matt.* 3. 15
g *Hebr.* 2. 10
h *Esa.* 10. 22
i *Hebr.* 10. 2
k *Coloss.* 2
l *tract.* 10
m *hom* 17. in *Ezech.*